Fermatij quem memoras libellum novum [9]) nuper vidi; quo eandem, quam prius tum noſtri tum veſtri etiam curvam aequaverant rectae, contemplatur. Quas autem in Diſſertatione ſua curvas alias inde derivatas et rectis comparatas, ſpecie diverſas exiſtimat; non aliae ſunt (aut ego admodum fallor) quam ejuſdem curvae aliae atque aliae partes [10]). Jn primaria ſiquidem, deorſum continuatâ, reperientur ſecunda tertia aliaeque in infinitum. Recta utique axi primariae parallela, quae inde diſtat $\frac{4}{9}$ lateris recti, deſignat punctum quo incipit ſecundaria (deorſum in infinitum continuanda:) quaeque ab hac tantundem diſtat, tertiam oſtendit; quaeque tantundem

6) Voir l'ouvrage cité dans la Lettre N°. 260, note 5.
7) Voir l'ouvrage cité dans la Lettre N°. 228, note 2.
8) On trouve cette lettre à Brouncker dans l'ouvrage décrit dans la Lettre N°. 512, note 3 *b*.
9) Sur cet ouvrage consultez la Lettre N°. 754, note 1.
10) En effet, les courbes dont de Fermat donna la rectification sont des arcs d'une même parabole semicubique.

ab hac, quartam: et ſic deinceps. Quod ubi examinaveris, facile deprehendes. Quod et literis ad Digbaeum Equitem ſcriptis demonſtravi.

Schotenij noſtri mortem doleo.

Quae de Ciſſoide [11]) ipſe ſcripſeris, lubenter videro.

Quid Sluſius praeſtitit, ignoramus; neque enim quos miſeris libros nacti ſumus.

Quae de Domini Pauli Nelij tubis ſciſcitaris; partim, credo, Illuſtriſſimus Brounkerus tibi coràm indicavit; partim, ſpero, ubi in Angliam trajeceris, αὐτόπτης videbis. Interim Vale, Vir Nobiliſſime, Tuoque faveas

Obſervantiſſimo, deditiſſimoque
JOH. WALLIS.

Londini, Auguſti 31.
1660.

Quae poſthac ad me mittere dignaberis, inſcribas licet Domino Samueli Thomſon [12]), Bibliopolae Londinenſi in Caemiterio Paulino: nam Dominus Underhill [13]) mortuus eſt.

Dominum Dicas [14]) (cui dicis libros miſſos fuiſſe) quaerebam, ſed Pariſijs jam agere intelligo; Collega ſuus Martinius [15]), negat (ſaltem non agnoſcit) ſe accepiſſe libros ullos mihi inſcriptos.

Eruditiſſimo Nobiliſſimoque Viro,
Domino CHRISTIANO HUGENIO DE ZULICHEM,
XII. Hagae Comitis.

N° 780.

C. DATI à N. HEINSIUS.

14 SEPTEMBRE 1660.

La lettre se trouve à Leiden, coll. Burman.
La copie [1]) se trouve à Leiden, coll. Huygens.

Mio Signore e Padrone Singolariſſimo

Congiunta auera Voſtra Signoria la benigna, e corteſe riſpoſta al Signor Criſtiano Vgenio del Sereniſſimo Principe Leopoldo Mio Signor [2]). la quale le ſarà inuiata

[11]) C'est la pièce N°. 483, que Chr. Huygens avait offerte à Wallis dans la Lettre N°. 736.
[12]) Voir la Lettre N°. 690, note 8.
[13]) Voir la Lettre N°. 560, note 7.
[14]) Dicas était libraire à Londres, près de Temple-Bar.
[15]) John Martyn, libraire éditeur, demeurait à Londres hors de Temple-Bar, „at the Bell".

[1]) Elle est de la main de Chr. Huygens.
[2]) C'est l'Appendice N°. 781.

con queſta mia dal Signor Fenoni Agente del Sereniſſimo Gran Duca di Toſcana in Amſterdam. Jo l'aſſicuro che Sua Altezza ha in quella ſtima, che ſi conuien maggiore il ualore del Signor Vgenio, e che queſti Signori Academici benche amatori ſpaſſionati del uero, ſono parzialiſſimi del Siſtema Saturnio da lui meſſo in luce. E ſi come ammirano l'ingegno di lui nell' opere pubblicate, coſi ſempre n'attendono delle più ammirabili.

Spero fra poco d'inuiare l'oſſervazioni fatte da queſti Signori intorno al Siſtema, come anche intorno al Pianeta di Saturno medeſimo. Non tralaſcero di dirle che non ſono in Firenze ſenon trè libri del Signor Vgenio, benche infiniti lo deſiderino, e lo ricerchino per qualſiuoglia prezzo, ma inuano. Riſponderò per altra uia lungamente a Voſtra Signoria la proſſima. Fra tanto la prego a riuerire oſſequioſamente in mio nome il Signor Vgenio e il Signor Voſſio, e a conſeruarmi l'onore della ſua gratia.

Di Voſtra Signoria Mio Singolariſſimo Padrone
Seruitore diuotiſſimo et obbligatiſſimo
CARLO DATI.

Di Firenze li 14 Settembre 1660.

N° 781.

LEOPOLDO DE MEDICIS à CHRISTIAAN HUYGENS.

14 SEPTEMBRE 1660.

Appendice au N°. 780.

La lettre se trouve à Leiden, coll. Huygens.
Elle est la réponse au No. 769. Chr. Huygens y répondit par le No. 788.
Elle a été publiée dans les Lettere Inedite, T. II.

Signor CRISTIANO VGENIO. — All' Aga.

Signor Chriſtiano Vgenio. Ben era ragione che con non ordinario aggradimento fuſſe da me riceuto il libretto inuiatomi da Voſtra Signoria ſopra il ſiſtema dj Saturno che quantunque piccolo contiene in ſe una gran' dottrina, et una piena cognizione delle materie Aſtronomiche, e Geometriche, congiunta ad una accuratiſſima diligenza nell' oſſeruazione delle coſe Celeſti. Fu per tanto letto da me con la douuta applicazione, et ammirai in uero il peregrino concetto dell Ipoteſi, che da Voſtra Signoria ſi coſtituiua del Pianeta di Saturno, et confeſſo che a prima uiſta, come coſa che non haueua ſimilitudine con alcun' altra nelle apparenze celeſti, mi tenne qual che poca ſoſpeſo, ma però ſentendo la forza delle ragioni addotte da Voſtra Signoria, cor-

roborate da oſſeruazioni fatte con Occhiale perfetto, aſpettauo con deſiderio dj potere con altro di ſimil' perfezione, e con perſone ueramente intelligentj oſſervare, et conſiderare nell' iſteſſo Pianeta come ne tornauano le apparenze: Finalmente ne è ſortito l'intento, hauendo riceuto dal Diuini inſieme con il ſuo libretto un occhiale di molta perfezione di braccia 15. e $\frac{1}{2}$. delle noſtre, adoprandoſi con la lente, et il ſereniſſimo Gran Duca [1]) mio Illuſtriſſimo et fratello ne hà trouato altro fra i ſuoi di braccia 18 [2]) che é migliore ancora di quello del Diuini, benche non gran' coſa; ſi che con eſtremo guſto hauiamo in alcuni pochi giorni potuto oſſeruare il Pianeta; et quanto haueremo oſſeruato, et ſi oſſeruerà in alcunj giorni appreſſo, ſe l'Aria non impedita da Nuuoli ne lo permetterà, lo inuierò a Voſtra Signoria con ogni ſincerità. In tanto le dico che ſi è ueduto il Pianetino, dal che Voſtra Signoria potrà in parte argumentare la bontà de noſtrj Occhiali, et la poſſo accertare, che niuna coſa per ancora, che repugni al ſuo Siſtema ſi è da noi oſſeruata. Hauendo noi incontrato, nel far fabbricare li Cannocchiali di grandezza non ordinaria, nelle ſolite difficultà di grauezza poco maneggiabile, ó nel uoler farſi dj materia leggiera nell' altra del brandire, et facilmente piegarſi, ne facemmo in principio uno con una machinetta aſſai maneggiabile, ma poco appreſſo ſouuenne un modo di formare un Cannochiale ad Anton' Maria [3]), fratello del giá Paolo del Buono [4]), credo, noto a Voſtra Signoria, molto peregrino, et facile ad adoprarſi, potendoſi uedere ancora le ſtelle nel noſtro Zenit, come hauiamo eſperimentato. Jl diſegno di queſto hó ſtimato conueniente inuiare a Voſtra Signoria, ſperando non ſolo che le deua piacere, ma che ſe ne ualerà, come ogni altro che uorrà uſare di uetrj, che richieggono Cannochiale dj ſimile, e maggiore grandezza de noſtrj, hauendo fra le altre ſue qualità queſto nuouo modo di poterſi fare con non molta difficultà di quale ſi ſia lunghezza, e tutto di un pezzo. Jntorno a quello Voſtra Signoria ſcriue inpropoſito delli oppoſitori al ſuo ſiſtema del libretto a me dedicato, io la poſſo accertare della ſtima grande che fó delle qualitá, e dottrina di Voſtra Signoria, e di un affetto particolare uerſo la di lei perſona, e di un' deſiderio grande di riconoſcere la uerità in ciaſcheduna coſa, come hó determinato che ſia la principale maſſima dj una Accademia di molti Virtuoſi, che quaſi ogni giorno ſi radunano auantj di me, ſenza appaſſionarſi non ſolo alle oppinioni altruj, ma ne meno alle proprie; ſi che Voſtra Signoria puó ſtar ſicura di trouare in me quella corriſpondenza che deſi-

[1]) Le Grand Duc de Toscane, Fernando II. Voir la Lettre N°. 236, note 2.

[2]) Suivant A. Fabroni, ce télescope est celui que construisit Torricelli.

[3]) Antonio Maria del Buono, né à Florence vers 1630, était fabricant d'instruments de physique. Il se rendit très-utile à l'Académie del Cimento, dont un des principaux membres était le troisième frère:

Candido del Buono, né à Florence le 22 juillet 1618 et mort à Campoli le 19 septembre 1676. Il était abbé à Campoli, inventa un aréomètre et a construit un appareil pour mesurer la densité de la vapeur.

[4]) Voir sur Paolo del Buono la Lettre N°. 697, note 6.

Spirito a P. Leopoldo
X. 6 Ott. 1660.

A

A. Carrucola, e fune p alzare e abbassare l'occhiale con l'Arganetto

B

B. Trauicello in piedi, che vi giva sul Perno, e gli scorre su, e giù il filo, che tiene l'occhiale.

F. Schiera maggiore doue và il vetro grande



G. Assicella espagona per tenere equidistanti le funicelle.

C. Schiera minore entrouui un legno bucato per il cannone da aggiustare all'occhio.



D. Viti che stringono il legno di dentro

E. Canna di cartone p allungare, e scostar l'occhiale nell'aggiustarlo alla vista.

H. Panno incerato che fascia le sei funicelle

I. Assicella che sostiene alquanto l'occhiale che non incurui.



K. Forchetta che sostiene in bilico tutto l'occhiale.

L. Arco teso che tiene tirate le sei funicelle.

M. Perno del trauicello, che s'imbuca nella base.

N. Arganetto dietro alla base per alzare l'occhiale.

P. Schiera di Ferro gagliarda per sostenere l'arco su la Forchetta.

O. Ferro che sta in capo all'arco.

dera, et non mancherò di motiuarle quanto ne farà offeruato ſopra il ſuo ſiſtema, ó a fauore di eſſo, ó di dubbi ſopra il medèſimo, dichiarandomi però di non eſſer giudice atto a determinare ſopra le ſue dottrine, ma deſideroſo d'imparare dalle ſue opere uirtuoſe. et quì con tutto l'animo le auguro ogni maggiore felicità. &c.

Al Piacere di Voſtra Signoria
Il Principe Leopoldo.

Di firenze Li 14 7bre 1660.

N° 782.

N. Heinsius à C. Dati.

1 octobre 1660.

La lettre a été publiée dans „Clarorum Belgarum Epistolae T. 1."

Viro Clariſſimo Carolo Dati Nicolavs Heinsivs S. P. D.

Ad omnes Tuas, Vir clariſſime, quatuor, niſi fallor, fuerunt, iampridem reſpondi, ac Hugenii noſtri epiſtolam [1]) Sereniſſimo Principi Leopoldo tradendam miſi. Nunc cum pluribus Tecum agere velim, interventus amicorum, & tabellarii diſceſſus me circumveniunt. Itaque differre ſcriptionem, quam Tibi copioſiſſimam parabam, cogor. Hugenius reſponſionem ſuam una cum adverſarii libello typis commiſit [2]). Suae reſponſionis [3]) exemplar ad Sereniſſimum Principem hic mittit [4]); de adverſarii libello nihil neceſſe fuit, niſi Te ſuperfluis expenſis onerare vellet. Ipſe in procintu ſtat, Gallias aditurus cum Oratoribus noſtris, hibernaturus Lutetiae. Cum Marucellio [5]) ut familiaritatem contraheret, auctor illi fui, idque ſe facturum ſpopondit. Sex iam ſunt hebdomades, quod ad Te ſcripſi, & poſtea ſcriptionem iteravi: nunc tertium ſcribo. Hoc volebam neſcius ne eſſes. Vale, meum ac Muſarum decus.

Dabam praecipiti manu. Hagae Comitis MDCLX. primo die Octobris.

[1]) La Lettre N°. 769.

[2]) Consultez la Lettre N°. 765, note 1.

[3]) Chriſtiani Hugenii Zulichemii Breuis Aſſertio Syſtematis Satvrnii ſvi. Ad Sereniſſimum Principem Leopoldum ab Hetruria. Hagae-Comitis, Ex Typographia Adriani Vlacq. Anno Domini M.DC.LX. in-4°.

Dans la même année, cet ouvrage a été réimprimé, in-8°, à Florence.

[4]) Huygens y ajouta la Lettre N°. 783.

[5]) Franceſco Marucelli naquit à Florence en 1625 et mourut à Rome le 25 juillet 1713. Reçu docteur à Pise, il se fit prêtre, devint abbé de deux riches abbayes aux environs de Naples, et se forma une bibliothèque dont il composa un répertoire en 112 volumes in-folio. Elle existe encore à Florence sous le nom de Biblioteca Marucelliana.

N^o 783.

Christiaan Huygens à Leopoldo de Medicis.

30 septembre 1660.

Appendice au No. 782.

La minute se trouve à Leiden, coll. Huygens.
Leopoldo de Medicis répondit par le No. 802.
La lettre a été imprimée dans les „Lettere Inedite, 1773."

Sereniſſimo Principi Leopoldo.

Vix eae litterae, quas ad Celſitudinem Tuam 13. Auguſti dederam [1]), diſceſſerant, cum diu expectatus Euſtachii de Divinis libellus Illuſtriſſimi Dati opera huc pervenit. Perlegi itaque illum continuo, & ne cauſſae meae deeſſe viderer, defenſionem [2]) paravi quam typis excuſam ea qua par eſt veneratione Celſitudini Tuae hic ſiſto offeroque. Libellum quoque ipſum cui reſpondeo una excudi curavi [3]) non extantibus apud nos exemplaribus, ſed cum hiſce adjungere ſupervacuum duxi. Vererer equidem, Princeps Sereniſſime, velitationibus huiuſmodi otio & attentione tua abuti, niſi compertum haberem quam non invitus aures commodare ſoleas de veritate diſceptantibus, noviſſimumque etiam patientiae illius documentum eſſet, quod longiores aliquanto reſponſione mea Euſtachii annotationes expendere dignatus ſis. Non dicam iam quales eae mihi viſae ſint, quoniam ex reſponſo meo abunde liquebit. At ego quam recte judicaverim, atque utrum quae obiecta fuerant, refutaverim necne, totum id Tuae Celſitudini ſummorumque virorum quibuſcum hiſce de rebus communicare interdum ſolet, ſententiis definiendum relinquo. Enim vero proſpera omnia ſperare me jubent nonnullorum doctiſſimorum hominum litterae, qui viſo tantum Euſtachiano Ἔλεγχῳ, nec ignorantes bonam partem ab Honorato Fabri ſubminiſtratam eſſe, gratulantur mihi, quod qui Romae etiam ingenio & doctrina plurimum valere creduntur, nihil aliud quod in ſyſtemate meo reprehenderent, reperirint. Quin imo & ſubpoenitere jam hos operis ſui intelligo, & ſi fieri poſſet, infectum malle: ſed ob haec praejuditio gravari adverſarios meos apud Celſitudinem Tuam nolim, cujus ſincerum minimeque praeoccupatum judicium anxie expecto: neque enim tam victoriae conquirendae quam veritatis aſſerendae cauſſa, quam me inveniſſe confido, defenſionem iſtam conſcripſi. Suadebant aliqui, ut eadem opera, etiam quae ab aliis nonnullis adverſus ſyſtema ſaturnium motae eſſent difficultates, publice examinandas ſumerem. Sed & nullae, quae quidem ullius momenti eſſent, huc uſque in manus meas forte venerunt, & ſi veniſſent, longiori

[1]) La Lettre N°. 769.
[2]) Voir la Lettre N°. 782, note 2.
[3]) Voir l'édition citée dans la Lettre N°. 765, note 1.

tamen operi accingi me vetabat inſtans quotidie iter in Galliam, quod occaſione legationis, quae hinc illo mittitur, ſuſcipere conſtitui. Et forſan haec quoque pauca licet prae feſtinatione minus exacta erunt; ſed tamen utcunque adverſarios ſuffectura exiſtimo, quorum ſcriptum ipſum quoque neſcio qui tumultuario opere, ac raptim contextum videtur. Spero autem ubi bonis avibus profectione illa defunctus, utque in patriam reverſus fuero, alia quaedam quae iam effecta habeo, me in lucem editurum, quae & utilitatis plus habitura ſint, dignioraque futura Celſitudinis Tuae conſpectu, cui interim enixe me commendatum cupio, ac fauſta omnia adprecor.

CHRISTIANUS HUGENIUS.

Hagae Comitis 30. Septembris 1660.

N° 784.

CHRISTIAAN HUYGENS à J. HEVELIUS.

4 OCTOBRE 1660.

La lettre se trouve à Londres, British Museum.
Elle est la réponse au No. 758. J. Hevelius y répondit par sa lettre du 1 août 1661.

Ampliſſimo Clariſſimoque Viro Domino J. HEVELIO
CHR. HUGENIUS S. P.

Ad gratiſſimas tuas die 13 Julii ad me datas hactenus reſponſum diſtuli, exſpectans donec quae hìc vides [1]) una mittere poſſem ne ſtudia tua et maxime ſerias occupationes bis interpellare opus eſſet. Quae adverſus ſyſtema meum Romae conſcripta excuſaque fuerint, denuo hîc excudi curavi, ne deeſſent exemplaria quae tibi alijſque amicis impertirem, quia defenſionem meam vidiſſe non erat ſatis, niſi et adverſariorum ſcriptum, adverſus quod eam paravi, prius inſpiceretis. De utroque igitur Vir Ampliſſime ſententiam tuam opperiar: qui quanto plus candori fideique meae tribueris, quam Antagoniſtes ille, liquido nunc animadverto. Nunquam enim eo proueniſti ut obſervationes meas falſas factitiaſque diceres; etiamſi maxime cum tua Hypotheſi pugnent. Et merito ſane, nam quaedam tandem ea foret dementia mea et vanitas, fingendi pro lubito phaenomena quaelibet, et poſthabita veritatis inquiſitione levem gloriolam aucupandi? Sed non aegre animadverto, puto quid

[1]) Brevis Aſſertio. Voir la Lettre N°. 782, note 2.

artificem illum Romanum excitaverit, qui nempe verebatur ne ſibi eſuriendum eſſet denique ſi deteriora noſtris teleſcopia ſua crederentur. Fabrius ille qui ſuam operam Euſtachio commodavit, Jeſuita eſt, natione Gallus, quem fortaſſe jam ante cognoviſti. Verum ad epiſtolam tuam venio ac primo quia gratias ago, quod exemplaria libelli mei, quibus deſtinata erant tradideris. Doctiſſimum Eichſtadium mortem obijſſe plurimum doleo. Litem noſtram quod attinet, utrius nempe ſyſtema verius ſit, ad quam dirimendam phaſes Saturni anni 1663 et 1664 exſpectandas cenſes, vereor ne diutius etiam exſpectare neceſſe ſit, nempe ad annum 1671 et 1672. Etenim ſi tam parum a circulo recedit ♄i ellipſis, atque in libro tuo de Syſtemate ♄i expreſſiſti, nequaquam ut arbitror diſcerni poterit anno 63 et 64 utrum ellipſin an circulum praebeat; cum etiam ſupra atque infra pars quaedam diſci ab annulo intercipiatur. Verum ubi ♄ cum brachiis tenuibus ac ſecundum rectam Lineam extentis circa annum 71 et 72 lucebit, ac rotundus quoque eo ipſo tempore a quo futurum praedixi, haud dubio meam hypotheſim confirmatam iri confido. Nam brachiorum quidem formam ejuſmodi nullo pacto veſtra admittit, niſi alium inſuper motum quendam ♄o tribuo, ſicuti ab Anglo quodam [2]) factum memini, qui tamen nunc in ſententiam meam potius conceſſit. Quod obſervationibus tuis coeleſtibus tanta diligentia continue invigilas, non operâ non ſumtibus parcens, jucundiſſimum mihi eſt intelligere, valdeque aveo videre tempus illud, quo tam praeclari ſtudij fructus nobiſcum communices, nec dubito quin Tychoni ceteriſque omnibus qui te praeceſſerunt, tum copia tum exactitudine obſervationum palmam praerepturus ſis. Clariſſimus Bullialdus, qui heſterna die Pariſijs diſceſſit, rectaque ni fallor, ad te profectionem inſtituit, optime nobis referre poterat, quo inſtrumentorum apparatu, qua denique arte ac methodo res tantas peragas. Cuperem equidem, ni longum adeo iter eſſet, nimiſque hac tempeſtate anni impeditum, comitem illi me dare. Nunc autem unde ipſe diſcedit, illo ego proficiſcam. Lutetiam nempe, idque ſeptimo ab hoc die iter ingredior, amicos tantum, quos in ea urbe plures habeo, viſurus.

Horologium tuum quod Sereniſſimo Regi te obtuliſſe ſcribis, vidiſſe retulit mihi Iuvenis Ornatiſſimus Dominus Sixti [3]), qui in comitatu legatorum noſtrorum iſtic aliquandiu moratus fuerat: num vero novi quid praeter conſtructionem meam addidiſſes non recordabatur, quare ex te, quid ejus ſit intelligere cupiam. Romae fabricari aiunt hujus generis, nempe cum perpendiculo, quae nullum omnino ſtrepitum edant, et alium quotidie adinventum iri credibile eſt, ut facile eſt inventis addere. Ipſe etiam ad majorem perfectionem nonnulla poſtea excogi-

[2]) Peut-être Chr. Wren. Consultez les Lettres N^os^. 560, Tome II page 305, et N°. 592, ib. page 358.

[3]) Peut-être s'agit-il ici de
Joannes Sixti, fils du pasteur Rippertus Sixti, né en 1633 à Woerden, et qui en 1652 était étudiant en philoſophie à Leiden.

tavi, quae ubi itinere gallico defunctus fuero, publico impertiam, nec tibi, ut ſpero, diſplicebunt.

Parelium obſervatione et graphica deſcriptione [4]) mirifica me beaſti et ſi ſcias quantopere fideli relatione ejuſmodi phaenomenôn gaudeam, indigeamque ad ea quae de his coepi perficienda, ultro pro me apud virum Clariſſimum [5]) quem Varſovienſe meteoron diligentius annotaſſe ſcribis, intercedas, ut ſuae delineationis copiam mihi faciat. In tuo illo animadverſione digniſſimum parelion ſuperius an deinde arcus in ejus locum ſuccedens, cui ſimile quid fuit in obſervatione Romana anni 1630, ubi 7 Soles ſimul ſpectati fuere. Horum arcuum qui ſolem in centro non habent, cauſam invenire difficillimum omnium mihi fuit, ac proinde et jucundiſſimum inveniſſe. Valde autem videre cupio an novi quid fuerit in Varſovienſi obſervatione praeter ea quae anno 1629 Romae apparuerunt. Itaque quam primum a Domino Burettino nactus eris, quaeſo ut ſtes promiſſis, et ſi qua in re utilem operam meam invicem tibi cenſebis, ne dubita quin inventurus ſis promptiſſimam. Vale.

Hagae Comitis 4 Octobris 1660.

N° 785.

R. F. de Sluse à Christiaan Huygens.

8 octobre 1660.

La lettre se trouve à Leiden, coll. Huygens.
Elle a été publiée par C. le Paige dans le Bull. di Bibliogr. T. 17.

Nobiliſſime Domine

Annotationem Euſtachij iam ab aliquot diebus acceperam, et in ea cum tuo Syſtemati conferendâ occupabar, cum mihi redditae ſunt litterae tuae [1]) et ſimul breuis quidem ſed valida ſcriptio [2]) quam inſultanti obieciſti. Non exiſtimo poſthac vltra progreſſurum. Teleſcopiorum enim perfectionem quod attinet, quaeſtio facti eſt, et ſolâ comparatione definienda; in quâ tamen (vt Juriſconſultorum more loquar) praeſumptio a parte tua ſtat, tum quod a theoriâ longé magis inſtructus ad

[4]) Voir la planche vis-à-vis de la page 94.
[5]) Tito Livio Burattini, qui voyageait alors en Pologne. Consultez la Lettre N°. 758, note 12.

[1]) Nous n'avons pas trouvé cette lettre dans nos collections.
[2]) Brevis Aſſertio. Voir la Lettre N°782, note 2.

vitrorum expoliendorum artem acceſſeris, tum etiam quod Saturni Lunam detexeris, quam demum vidit Euſtachius admonente Clariſſimo Riccio, quem tuae obſeruationis participem feceram. Ac quidem vereri cogor ne non ſatis accuratè allum [3]) Saturnj comitem obſeruarit, cum ea quae ſibi apparuiſſe ſcribit, nimium a tuis obſeruationibus abludant. Quo vero ad Θαυμαστὸν illud Saturni ciuſque Sociorum Syſtema, idem mihi viſum eſt ac tibj, cum in illud prima lectione incidj. Calculorum enim ludum plane agnouj, et, ſj iocarj liceat, arbitror eo reſpexiſſe Romanos, cum Saturnalibus optimo dierum, ſimilibus ludis indulgerent. Scribitur ad me Florentiâ, Syſtematis auctorem Academicorum argumentis preſſum duos inſuper Saturno Comites eoſque lucidos addidiſſe, libertate Philoſophicâ dicam an fingendi licentiâ? Quid quod etiam Medicaeos Planetas loco ſuo mouet et perpetuo ſupra Jouem attollit? Ne ſcilicet aliud ſit in naturâ centrum praeter hanc terram quam incolimus. O curas hominum! Eâdem operâ poterat Venerem ac Mercurium Epicyclo Ptolemaico reſtituere, ne ſolem in centro habere videantur. Quomodo vero ſtabit praeclara illa analogia quam habet paginâ 44, ſi luna tellurem, Venus ac Mercurius ſolem circumeant, alij vero comites ſuum Planetam non ambiant! Praeterea quod hoc commento, figurae illi ſuae decretoriae, quae tuas inter Xa eſt, Euſtachius, vel potiùs Fabrius, minime omnium ſatiſſecerit, vt recte obſeruaſti. Sed haec hactenus, et nimium fortaſſe te moror iam itineri accinctum, quod tibi felix fauſtumque precor ex animo; ſupereſt tantum vt pro muſteo tuo libello gratias agam meque conſtantj ac ſincero affectu teſter -

Tuum Tuique Obſeruantiſſimum

RENATUM FRANCISCUM SLUSIUM.

Leodij VIIJ Octobris 1660.

Nobiliſſimo Clariſſimoque Domino

Domino CHRISTIANO HUGENIO DE ZULICHEM &c^a.

VI. A la Haye.

[3]) Lisez: illum.

N° 786.

GREGORIUS A ST. VINCENTIO À CHRISTIAAN HUYGENS.

10 OCTOBRE 1660.

La lettre se trouve à Leiden, coll. Huygens [a]).

10 Oct. 60.

Clariſſime Domine

Feliciter ad me peruenit libellus tuus [1]), pro quo gratias ago; quem curioſè vt vidi, quamprimum perlegi. Quid autem contineret Euſtachij ſcriptum, intellexeram prius e litteris mej Gottignies; quas ſub Auguſti jnitium ad me permiſerat; quarum tenor erat, quem adiungo [2]).

Optime ſane reſponſum tuum clauſiſti. Pauca haec reſpondiſſe, non me poenitet, quia, licet artificem illum merito neglexiſſe tacendo, viderj poteram; non idem fortaſſe contra alterum, valiturum erat ſilentium, multique non tam quid, quam a quo ſit obiectum, reſpiciunt.

Doleo vices Patris Fabrij Gallj, quod talj negotio ſeſe jmmiſcuerit. non eſt nouum in aſtronomicis, phaſeon diuerſitatem, eodem tempore, in diuerſis regionibus contingere. Nuperam jllam ante aliquot annos famoſam Eclipſin [3]), quae Europam terrore complerat, verè totalem fuiſſe, diſcumque Solis plane contexiſſe jn Perſide, ex uno e Patribus noſtris, jnde reduce didicimus; quae in Europaeis noſtris partibus praeter ſolitum nihil exhibuit, quod admirationem cauſaret. Certe ſi alia mihi facies Saturnia viſa fuiſſet in Belgio, quam Romae Italis; cauiſſem jnſtrumentum Teleſcopij, vitij damnare, quod cum reliquis circa obiecta communia ſymbolizat.

Sed diſtantiam regionum, vel aliquid ſimile, diuerſitatem cauſare potuiſſe, ſuſpicatus fuiſſem. Placuit mihi argumentum tuum, quo affirmas phaſin de qua eſt controuerſia, & diverſis diuerſo teleſcopio viſam eſſe, et paulatim in aliam faciem deſijſſe, quae res veritatj maxime patrocinatur. Jdem enim Teleſcopium quod hodie exhibet, ſequenti quoque exhibebit, niſi in obiecto mutatio contigerit.

Perge, Perge porro vt caepiſti, neque luctarj time, qui eluctarj didiciſtj. Spero cum per nos, patriam reuiſes, pluribus coram verbo, quam abſens, muto litterarum commercio agere. Dominum Nonnancourtium Pariſijs quaerere nolj; Gandauo ad te ſalutem mittere me jubet; et ad reliquos Geometriae amatores, quibuſcum jnibi notitiam jnijt. Si librum Domini Paſchalis, quem non parua volup-

[1]) Brevis Aſſertio. Voir la Lettre N°. 782, note 2.
[2]) Voir l'Appendice N°. 787.
[3]) Cette éclipse de soleil eut lieu le 12 août 1654. Consultez la Lettre N°. 196.

tate commodatum perlegi, per te nanciſcj potuero, grato me obligatus obſequio fatebor. Vale, et Viue, & ſaluus ad nos redire ne ommittas. Gaudebo fruj conſortio tuae praeſentiae, quem jnter amicos habuj amiciſſimum, et obſequijs animum conſeruauj.

Clariſſimae Dominationis Tuae addictiſſimum
G. A. S. VINCENTIO.

Gandauj, 10. Octobris 1660.

a) R° Hagae 18 Octobris 1660.

N° 787.

G. F. DE GOTTIGNIEZ À GREGORIUS A ST. VINCENTIO.

[AOÛT 1660.]

Appendice au No. 786.

La pièce se trouve à Leiden, coll. Huygens.

Scripſeram alias quae hîc paſſim ſpargebat Euſtachius Diuinus; montes parturire videbantur, et tandem natus eſt ridiculus mus: paruus ſcilicet libellus [1]), qui ſaltem hoc ex capite dicj meretur ridiculus, quod latinè ſcriptus ſit et Euſtachium authorem ſui afferat, qui ne verbum quidem latinae linguae jntelligit.

[1]) Brevis Annotatio. Voir la Lettre N°. 765, note 1.

N° 788.

CHRISTIAAN HUYGENS à LEOPOLDO DE MEDICIS.

11 OCTOBRE 1660.

La lettre se trouve à Florence, Bibl. Nazionale, Manoscritti Galileiani [a]*.*
Le sommaire se trouve à Leiden, coll. Huygens.
Elle est la réponse au No. 781. *Leopoldo de Medicis y répondit par le No.* 802.

Sommaire: Principi Leopoldo. Bedancken van d'antwoord. al te veel lof van 't Syſtema. hoe aengenaem de inventie my is en hoe ſubtyl. pryſen Antonium Mariam [1]). net geteyckent. verwondere dat geen ſtut aen 't oogh is. De andere obſervatie met verlangen te gemoet ſien. dat ick oock een manier bedacht heb, dewelcke naer mijn wederkomſt ſal beproeven, en dan afteyckenen en ſenden. 2 of 3 maenden uyt. dat ick niet en twijffel of men ſoude de verkyckers tot 100 voet en meer konnen goet maecken. als men de ſchotels had. dewijl men de platte ſijde goet kan maecken. Veneetien glas. te pijne weert om d'obſervatien in Saturnus, en in d'andere planeten en Maen. en Mars Periodus. Judicium ſuum rectè ſuſpendit donec meum reſponſum viderit. dat ick geloof dat haer Verkyckers immers ſoo goet ſijn als de mijne.



11 Octobris 1660.

Sereniſſime Princeps,

Non leviter mihi gratulatus ſum accepto quo Celſitudo Tua me dignata eſt, reſponſo, reque ipſa nunc comfero minora viris [2]) eſſe quae de incomparabili comitate Tua, qua caeteras virtutes exornas, ſaepenumero referri audiveram. Certe illa in literis hiſce Celſitudinis Tuae ubique expectationem meam ſuperavit, ſive ad ea attendo quibus ſuam erga me benevolentiam teſtari voluit ſive ad laudes nimias quibus tenue opuſculum meum collaudavit, ſive denique ad illa quae de Teleſcopijs ſuis obſervationibuſque familiariter exponere non gravata eſt. Omnia inquam haec ab eximia humanitate Tua procedunt, Princeps Sereniſſime, non meo merito debentur; quibus tamen mirifice me confirmari atque impelli ſentio ad inſiſtendum porro ſtudijs ijs quae Celſitudini Tuae quoquo modo conciliare me potuerunt. Plurimum illi debeo ob inventum pulcherrimum quod mecum liberaliter communicavit; in quo admiratus ſum autoris [1]) ingenium, qui maximae difficultati rara prorſus induſtria ſubvenerit. Nemini ſane in mentem adhuc venerat tubum teleſcopij

[1]) Antonio Maria del Buono. Voir la Lettre N°. 781, note 3.
[2]) Lisez: veris.

ad inſtar nervi in arcum intendi poſſe, atque ego quidem ſemper plurimi feci primas inventorum ejuſmodi conceptiones et veluti ideas. In parte ea qua ſpectator conſiſtit fulcrum nullum expreſſum video, unde conjicio tam exacte circa furcillam in aequilibrio ſuſpendi teleſcopium ut quemlibet ſitum ſervet, quod tamen creditu difficile videtur. Ego ſemper fulcro ejuſmodi uſus ſum cum ligno tranſverſo mobili,



ſicut ex figura hac Celſitudo Tua intelliget. Ex altera parte fune trochleoque tubum in altum attollo juxta tripodem ligneum, circiter 16 pedibus altum, et in ea quidem longitudine, qua adhuc fuere teleſcopia mea facile rectitudinem ſervarunt tubi ex ferri bractea conſtructi. In longioribus vero puta 32 pedum (quale circiter eſt maximus ille Sereniſſimi Magni Ducis) vel majoribus etiamnum omnino praeſtrare arbitror Mariana machina uti. Caeterum et aliam rationem excogitare coepi, quae, ſi ex voto ſuccedat ſimplicior quoque quàm illa futura ſit. Eam experiar quam primum Pariſijs reverſus fuero (revertor autem poſt menſes duos vel tres), ac deinde ſi merentur, Celſitudini Tuae deſcribam. Nihil prohiberet vel ad 100 aut 200 pedes teleſcopia tunc protrahi, quod utinam quandoque mihi detur efficere. Vitra quidem ad quamvis longitudinem ſi modo materia pura ac proba, Venetijs ſuppeditetur, fabricare me poſſe confido, hujus praecipue perſuaſus, quod planam ſuperficiem ex altera parte lentis, quod ſoleo, rite efformare noverim quae eſt portio ſphaerae veluti infinitae. Labore tamen et ſumptibus nonnullis opus eſſet; ſed et operae pretium, ut opinor, eximium ex ijs quae in luna, Saturno, Venere, ſed et Marte praecipue, deſignanda ſuperſunt. Hujus enim tempus periodicum, quo circa centrum convertitur, non dubito quin ex obſervationibus haberi poſſit ſi grandioribus teleſcopijs ejuſmodi potiamur. Imo nec meis, qualia nunc ſunt, poſt annos aliquot eam periodum deprehenſum iri, deſpero. Nihilo autem viliora eſſe exiſtimo quae Celſitudo Tua iſthic adhibita ſcribit, utique poſtquam comitem ſaturni illorum ope jam conſpiciunt. Verum de his hactenus. Reſponſum meum [3]) ad Annotationes Divinianas Fabrianaſque diebus aliquot priuſquam Celſitudinis Tuae literae mihi traderentur miſi [4]): jamque perlatam eſſe ſpero. Et gaudeo quidem Celſitudinem Tuam ſuum circa controverſiam noſtram judicium eouſque ſuſpendiſſe, donec quae ab utraque parte adferuntur conſiderarit. non dubito enim quin aliquid ſaltem momenti habitura ſint ad adſtruendam noſtram iſta quae Celſitudini Tuae poſtremo exhibui. Quod ſi vero et obſer-

---

[3]) Huygens désigne ici la „Brevis Aſſertio".
[4]) Consultez la Lettre N°. 783.

vationes, ejus juſſu inſtitutas, quarum copiam mihi factam iri benigne pollicita eſt, adſtipulari meis hypotheſibus, hoc eſt non adverſari comperiatur (pro nobis enim eſſe arbitror quae non ſunt contra nos) haud dubiè et Celſitudinis Tuae et Illuſtriſſimae Academiae, cui praeſidet, fecunda mihi ſuffragia augurari audebo. Deus Te Princeps Sereniſſime diu praeſtet nobis incolumem atque ea cumulet felicitate quam ex animo praecatur

Sereniſſimae Celſitudinis Tuae

Addictiſſimus Obedientiſſimus
CHR. HUGENIUS DE ZULICHEM.

Hagae Com. 11 Octobris 1660 [5]).

---

[a]) Aga dei Comite li 11 octobre 1660.
Signor Chriſtiano Ugenio.
Accuſa la riceuuta d'una lettera di Sua Altezza. dice partirſi alla uolta di francia. Auer meditato l'inuenzione d'un nuouo occhiale, et altra forma di lauorare i uetri. [main inconnue].

N° 789.

P. GUISONY à CHRISTIAAN HUYGENS.

20 OCTOBRE 1660.

La lettre se trouve à Leiden, coll. Huygens [a]).

a Rome le 20 8bre 1660.

MONSIEUR

Quoique le voïage que i'ay fait à Naples m'ayt detourné de vous écrire, ie n'aurois pas tardé déz mon arriuée de le faire, ſi l'eſperance dont m'entretenoit l'Abbé Lancy [1]) de me conſigner de jour à autre vne lettre touchant la queſtion preſente

---

[5]) Quoique le manuscrit semble indiquer la date du 22, il est bien certain que la lettre est du 11 octobre, date du Sommaire.

---

[1]) Giovanni Battista Lanci, natif de Spoleto, fut abbé de l'ordre des Dominicains et devint en 1644 Magister Theologiae.

pour vous étre enuoïée, ne m'eût empeché de profiter les deux derniers ordinaires. à l'occaſion de la lettre d'Euſtachio [2]) ie luy donnay à lire uótre liure [3]), & apres en auoir conioinctement diſcouru par pluſieurs fois, il entreprit (à mon abſence de Rome) d'en faire un petit diſcours, qu'il fera courir icy, en Florence, & ailleurs en manuſcript ſans ſe faire cognétre. Comme il eſt en langage uulgaire, ie l'ay prié de le traduire en latin, afinque la lecture ne vous en ſoit pas penible. la difficulté que nous propoſames icy que les 4. boules rondes ne ſcauroient jamais former la figure Elliptique, telle qu' Euſtachio luy-meme à decrite, les à obligés d'ajouter 2. nouueaux globes Lumineux: deſorte que leur Syſteme ſe rappetaſſe tous les iours, & ils ont beau chercher des cheuilles qu'on trouuera inceſſamment des nouveaux trous, ils ſe ſeruent doncques maintenant de ſix boules à l'entour de Saturne pour expliquer le phoenomene en relief, et de 8. pour le repreſenter en un plan, ſans comprendre le cors de Saturne ny ſa lune: mais ſi aueq tout ce grand attirail ils decriuent paſſablement l'Ellipſe Lumineuſe conuexe, ie leur deffie (et pour cella il ne faut pas étre fort uerſé en Theodoſe,) d'en faire de meſme à l'égard de la concaue, ou du noir qui eſt entre le Cors du planete & le cercle; lequel noir paroit ſuiuant méme leur deſcription auſſi bien ouale que le reſte; ou il faudra qu'ils creent au plutót de nouueaux corps opacques. il y à long temps que le Pere Fabry me pria, et de nouueau encore depuis peu, d'aller chez luy, pour me faire obſeruer dans ſa chambre aueq une lunete d'un demi-palme le petit ieu de ſes boules: i'y fùs auant hier, & ſans vous entretenir plus au long de toutes ces repreſentations (que vous pouués fáire uous méme dans uótre cabinet par curioſité) elles me paroiſſent un peu imparfaites, et mon noir (qui pis eſt) ne ſe trouue iamais que circulaire. Enfin le Pere m'a temoigné auoir infiniment de l'eſtime pour vous, & qu'il ſeroit tres faché de vous auoir donné quelque mecontentement par ſon imprimé; comme il me pria de vous le faire ſáuoir, ie luy promis que i'en chercherois les occaſions. c'eſt un eſprit qui à beaucoup de feu, et duquel il y auroit beaucoup à eſperer s'il n'eſtoit encore un peu infatué de cette maniere de raiſonner du college. il à (ie penſe) de 8. à 10. volumes d'ecrits à faire imprimer un iour [4]), & trauaille continúment à randre facile un cors entier des mathematiques [5]): il me dit auoir déja reduit en céte maniere aiſée tout Euclide, Apollonius, & Archimede, & m'aſſeura auoir été le

[2]) Brevis Annotatio. Voir la Lettre N°. 765, note 1.

[3]) Brevis Aſſertio. Voir la Lettre N°. 782, note 2.

[4]) Phyſica, id eſt, Scientia Rervm Corporearvm, in decem Tractatvs diſtribvta. Auctore Honorato Fabri, Soc. Jeſv. Cum Indice duplici: primo Tractatuum, Librorum & Propoſitionum, Rerum Notabilium, altero. Nvnc primvm in lvcem prodit. Lvgdvni, Sumptibus Lavrentii Aniſon. M.DC.LXIX. Cvm Privilegio Regis. in-4°.

[5]) H. Fabri, Synopſis Geometriae, cui acceſſere tria opuſcula nimirum de Linea Sinuum et Cycloide, de Maximis et Minimis Centuria et Synopſis Trigonometriae Planae. Lugduni, apud Antonium Molin. 1669. in-8°.

Ir qui à trauaillé & demonſtré le centre de la percuſſion [6]). i'appris l'autre iour à Fracaſti [7]), que le Prince vous auoit enuoié vn gros paquet [8]), & qu'au plútót uous luy faiſiés eſperer uótre réponce à la lettre d'Euſtachio: bref vous eſtes maintenant l'entretien de tout ce qu'il y à d'honneſtes gens & des curieux en Italie, & chacun uous eſtime autant que uous le merités. Si vos occupations vous le permettoient, ie crois qu'il ſeroit à propos que vous écriuiſſiés une petite lettre [9]) de compliment à Monſieur Michel Angelo Ricci gentilhomme de céte uille & le plus grand Geometre qu'il y aye; le Prince qui l'eſtime beaucoup s'eſt ſerui de luy icy dans tous les ecrits, qu'il à receus ou enuoiés au Pere Fabry, & d'ailleurs il eſt fort uótre ami: en cas que vous le trouuiés bon, faites un paquet, adreſſés le à Paris à Monſieur Chapelain, ou à quelque autre de vos amis, & donnés ordre qu'ils me l'enuoient à Auignon par la poſte. I'auray ſoin d'y faire tenir uótre lettre, & d'executer ponctuelement vos commandemens. Monſieur Viuiani de l'Academie de Florence a fait un traitté de maximis & minimis [10]), & i'apprends qu'il ua bientót ſortir de la preſſe un Syſteme nouueau d'aſtronomie [11]) du Caſſini [12]), qui eſt profeſſeur des Mathematiques à Bologne. le Père Grimbergerus [13]) & Fontana [14]) moururent

6) H. Fabri Dialogi Phyſici, quorum primus eſt de Lumine, ſecundus et tertius de Vi Percuſſionis et Motu: quartus de Humoris elevatione per Canaliculum: quintus et ſextus de variis celeſtis. Lvgduni apud Antonium Molin. 1669. in-8°.

7) Evidemment Frascati, où se trouvent les villas des familles nobles de Rome que Guisony fréquentait.

8) Les Lettres Nos. 795 à 798.

9) Nous n'avons pas trouvé dans nos collections cette lettre de Chr. Huygens à M. A. Ricci.

10) Voir l'ouvrage cité dans la Lettre N°. 739, note 3.

11) Ephemerides noviſſimae motuum coeleſtium Marchionis Cornelii Maluaſiae, Senatoris Bononienſis, Marchionis Biſmantuae, Sereniſſimi Mutini Ducis Statûs Conſiliarii & Generalis armorum Praefecti, ad longitudinem urbis Mutinae gr. 34° 5′: ex Philippi Lanſbergii hypotheſibus exactiſſime ſupputatae, et ad coeleſtes obſervationes nuper habitas expenſae, ab anno 1661 ad annum 1666; cum obſervationibus ipſis interim ab authore habitis, et ad calculum revocatis. Additis Ephemeribus Solis et Tabulis refractionum ex noviſſimis hypotheſibus Doctoris Joannis Dominici Caſſini in Archigymnaſio Bononienſi Aſtronomiae Profeſſoris praeſtantiſſimi. Mutinae. 1662. in-folio.

Les éphémérides mentionnées en premier lieu étaient de Cornelio Malvaſia, sénateur de Bologne, général dans l'armée Pontificale, puis au service des ducs de Modène Francesco et Alfonso IV. Il naquit en 1603 à Bologne, et y mourut le 24 mars 1664. Sous le pseudonyme Artemisio Tebano il nous a laissé plusieurs ouvrages d'astronomie.

12) Giovanni Domenico Cassini naquit le 8 juin 1625 à Perinaldo, près de Nice, et mourut à Paris le 14 septembre 1712. Il devint professeur d'astronomie à Bologne en 1650, ingénieur en chef du Pape en 1663, directeur de l'observatoire à Paris en 1667 et membre de l'Académie des Sciences en 1669.

13) Christoph Grienberger, né le 2 juillet 1561 à Hall en Tyrol et mort à Rome le 11 mars 1636. Il entra chez les Jésuites en 1580, et fut professeur de mathématiques dans divers collèges autrichiens, enfin à Rome.

14) Voir la Lettre N°. 24, note 4.

de la derniere peſte à Naples, & il y a enuiron ſix ou ſept mois qu'il en arriua autant à Hodierna [15]) auant qu'il eut receu uótre liure [16]). Iay monté le Veſuue et l'ay ueu ſans doute de plus pres que ne vit jamais Pline, et entré dans l'antre merueilleux de la Sybille Cumée: i'ay paſſé par le lac Auerne [17]), & promené un peu dans Les Champs Elyſiens, ou ie trouuay Copernic & Galilej, à qui ie fis part de vos obſeruations; ils m'en remercierent beaucoup, & me ſupplierent de vous ecrire, que lorſque vous paſſerés de céte uie à l'autre, vous trouueres toute preſte une place près d'eux. ie n'oubliay pas de uoir les croix formées qui ſont trouuées empreintes ſur beaucoup de linges a Naples, ie vous en parle, parceque pùt étre le bruit en aura paſſé juſqu'en hollande: dans un mot apres les auoir tres diligemment conſiderées, ce n'eſt qu'une liqueur de celles qui ſortent du Veſuue, laquele tombant ſur le linge, s'y etend le long des fils ſuiuant la tiſſure qui eſt en croix. J'eſpere de partir la ſémaine prochaine pour France, la ou ie chercheray les occaſions de vous temoigner que ie ſuis aueq paſſion

MONSIEUR

Voſtre treſhumble & tres obeiſſant ſeruiteur

GUISONY.

à vne autre fois ie pourray uous decrire vne nouuelle ſorte de Canon ou tube pour les Lunetes: cependant ie uous prie (en cas que vous m'honoriés de quelqu'une de vos lettres) de me faire entendre, comment aueq un horloge parfait on pourroit trouuer les longitudes, comme uous dites. Dez que le Père Abbé Lanci m'aura donné ſa lettre [18]), ie uous l'enuoieray. le ſeul qui m'eſt reſté de uos Syſtemes, eſt maintenant entre les mains de Monſieur Grimaldi [19]); que uous cités [20]).

A Monſieur Monſieur CHRISTIAN HUGENS DE ZUITLICHEM

12 ſur le plain

A La Haye en Hollande.

fraq. M^tx [?]

[a]) R° Hagae 23. novembre. 1660. [Chr. Huygens].

15) Voir la Lettre N°. 360[a] (Supplément du Tome I), note 1.

16) Huygens avait envoyé son „Systema Saturnium" à Hodierna par l'entremise de Gregorius à St. Vincentio. Voir la Lettre N°. 702.

17) Près du célèbre lac Averne, non loin du golfe de Pozzuoli, au nord de Naples, se trouvent plusieurs grottes, entre autres celle de la Sybille de Cumes. Virgile fit descendre Enée aux enfers par une de ces grottes. Guisony y fait allusion en parlant des Champs Elysées et de sa rencontre avec Kopernik et Galilei.

18) Nous n'avons pas trouvé cette lettre de Lanci dans nos collections.

19) Francesco Maria Grimaldi. Voir la Lettre N°. 568, note 8.

20) Consultez le „Systema Saturnium" à la page 53.

N° 790.

CONSTANTYN HUYGENS, frère, à CHRISTIAAN HUYGENS.

28 OCTOBRE 1660.

La lettre se trouve à Londres, British Museum.
La copie se trouve à Leiden, coll. Huygens.
Chr. Huygens y répondit par le No. 801.

A la Haye le 28 d'Octobre 1660.

Nous faiſons eſtat que le jour d'hier ou bien un jour pluſtoſt vous devez eſtre arriué à Paris [1]) et j'eſpere que ce ſera en bonne ſanté. Le frère [2]) nous a eſcrit comme ils eſtoyent preſts à leuer l'ancre, le vent eſtant alors bon et fauorable, mais ayant changé bien toſt apres, jl eſt à croire qu'ils auront choiſy quelque port de l'Angleterre et peut eſtre de la Zelande; tant y a que nous n'en auons pas ouy parler. Depuis voſtre depart il n'eſt rien arriue icy de fort conſiderable, tout le monde ſe porte bien, horſmis la groſſe Couſine Zuerius [3]) qui a languy quelques jours incommodée d'une jauniſſe dont elle s'eſt ſentie encore d'autres fois, mais cela commence à paſſer, et elle en eſt quitte pour y auoir laiſſé quelque peu de ſon lard. Zuerius et les autres qui ont eſté aux nopces de Bartolotti [4]) ſont de retour depuis la fin ſepmaine paſſée. Tout cela eſt fort content de la bonne chere, mais quelques uns ne ſe louent pas des ciuilités de Monſieur Tibault et de ſon frère le cadet, en ſomme il n'y eut jamais de ſi bonnes nopces qu'il n'y en euſt de mal diſnés. Mademoiſelle Kien [5]) qui a eſté a l'extremité, eſt encore alliétée d'une fiebure continue, mais les acces vont toutjours en declinant, tellement que l'on croit qu'elle en reſchappera. Je vous prie de me mander par voſtre premiere lettre ce

---

[1]) Christiaan Huygens était parti pour Paris le 12 octobre. [Dagboek].

[2]) Lodewijk Huygens, qui, d'après le „Dagboek" de Constantijn Huygens, père, était parti le 18 octobre 1660 pour l'Espagne, avec les Ambassadeurs:

a) Jan van Merode, fils de Floris van Merode et de Margarethe van Gent. Il était Seigneur de Rummen et Oudelands-ambacht, bailli de Kennemerland, épousa Emilia van Wassenaer Obdam et mourut en 1666.

b) Godard Adriaen van Reede, fils de Godard van Reede et de Anna van den Boetselaer van Toutenburg, naquit en 1621 et mourut le 9 octobre 1691 à Copenhague. Il était chevalier, Seigneur de Amerongen et de Ginkel, et fut envoyé souvent en mission diplomatique. Il épousa Margaretha Tamor.

c) Philips Aebinga van Humalda, diplomate et poète distingué, fils de Frans Mada Aebinga van Humalda et de Ebel Meckama. Il était Seigneur de Geest de Juwawier; il épousa Helena van Burmania et mourut en 1674.

[3]) Catherina Zuerius. Voir la Lettre N°. 7, note 1.

[4]) Jacobus Bartelotti demeurait à Zoest.

[5]) Catharina Kien, fille du chevalier Nicolaas Kien et de Catharine van den Honert.

qui eſt à preſent de la mode; quelles eſtoffes on porte pour l'hiuer, et ce pour des habits de couleur comme pour des noirs. Si les hauts de chauſſes ſont encore d'une ſi demeſurée capacite comme l'on publie icy, et ſi les grands canons ſont encore en train; je uous prie de ne differer point cecy car il faut que je couvre mon pauvre corps contre les injures de l'air, me trouvant quaſi gelé dans un pourpoint de taffetas. De plus je vous prie de regarder un peu avec ſoing dans les boutiques des libraires que vous viſiterez, s'il n'y a pas un liure Italien dont le titre eſt, Le vite de' pittori e Architetti dal Pontificato di Gregorio XIII del 1572, infino à tempi di Papa Urbano VIII nel 1642, ſcritte da Giouanni Baglione [6]) Romano. Stampato in Roma 1642. in quarto [7]). S'il y eſt, je vous prie de l'achepter pour moy, je vous rendray l'argent, et voudrois bien que vous le puſſiez trouver, comme je m'imagine qu'il ne ſera pas difficile veu le peu qu'il y a qu'il eſt imprime, par ce qu'il nous ſeroit de grand uſage à Biſſchop [8]) et à moy. Et à tant me recommande, demeurant

Voſtre ſerviteur et frere
C. Huygens.

A Monſieur
Monſieur Huijgens de Zuijlichem.
A
Paris.

[6]) Cavaliere Giovanni Baglioni, surnommé „il Sordo del Barozzo", naquit vers 1571 à Rome, où il mourut vers 1644. Quoique de son temps il fût très honoré comme peintre, ses œuvres, qu'on rencontre encore dans plusieurs églises de Rome, sont aujourd'hui peu considérées. Il devint chevalier de l'ordre du Christ, et Prince (c'est-à-dire, président) de l'Accademia di San Luca.

[7]) De cet ouvrage on trouve des réimpressions:
Le vite de Pittori Scultori ed Architetti, del 1572 al 1642. Roma. 1649. in-4°. Id. Naples 1737. in-4°.

[8]) Cornelis de Bisschop naquit à Dordrecht en 1630 et mourut en 1674, lorsqu'il venait d'être nommé peintre de la Cour en Danemarc. Il faisait surtout des portraits.

N° 791.

J. CHAPELAIN à [CHRISTIAAN HUYGENS].

[29 OCTOBRE 1660.]

La lettre se trouve à Leiden, coll. Huygens.

Vendredy au ſoir.

MONSIEUR

J'ay fait la diligence aupres de Monſieur de Monmaur, il nous attendra demain a midy auec joye et ſera rauy de vous voir et de vous embraſſer. Vous paſſerés donc s'il vous plaiſt icy demain a cette heure la pour me prendre. Je ſuis ſans reſerue

MONSIEUR

Voſtre treſhumble et treſobeiſſant ſeruiteur

CHAPELAIN.

Pour Monſieur HUYGENS.

N° 792.

[P. PETIT] à [CHRISTIAAN HUYGENS].

[OCTOBRE 1660.]

La pièce se trouve à Leiden, coll. Huygens.

Obſeruatio Declinationis Magneticae 1660.

Anno 1660 Menſe Junio circa ſolſtitium in plano Lowideo exquiſite horizontali, delineatis pluribus Azymuthis ante & poſt Meridiem Sole exiſtente in ijſdem altitudinibus & jteratis etiam pluries in diuerſis diebus ijſdem Obſervationibus ope quadrantis aerei ſex pedum diametri, tandem ducta fuit exactiſſimè linea Meridiana Pariſijs in meis aedibus citra luparam: cui applicatis ſaepius & viciſſim binis Pixidibus jnſtructis ſuis acubus Magnete Vinari jllitis, alterâ ſeptem alterâ decem digitorum longitudinis, obſeruata fuit jllarum Declinatio ad Orientem conſtantiſſime Vnius gradus cum 10 Minutis circiter.

Die vero 14 Menſis Octobris ſequentis, Ante Meridiem, cum litterati plures & Mathematicarum Profeſſores, hujus rei explorandae cauſâ me jnuiſiſſent, nec fidem dictae lineae Meridianae praebere tenerentur, cum prae manibus eſſet experimentum, me ipſo jnſtigante, obſervatae fuerunt altitudines Solis cum ipſius Azymuthis, quibus, applicatis ijſdem acubus, emerſerunt Declinationes Magnetis

jnfraſcriptae, minores aliquantulum ſuperiori, cui tamen meo judicio fidendum magis eſt quam iſtis utpote circa ſolſtitium aeſtiuale ductâ lineâ meridianâ, cum Parallaxis et Refractio nullae, aut exiguae, locus jtem Solis & ejus declinatio certiores & minus variantes.

Altitudines Solis Ante Merid. Octob. 14.	Anguli Azymuthales ad Meridianum.	Anguli Azymuthales ad Acum Magneticum.	Declinatio Acus a Meridianâ.
18. 5′	52. 36′	53. 40′	1. 4′
18. 45′	51. 30′	52. 30′	1. 0
19. 50′	49. 31′	50. 30′	0. 59′
20. 40′	47. 59′	49. 0′	1. 1′

N° 793.

N. Heinsius à Christiaan Huygens.

1 novembre 1660.

La lettre se trouve à Leiden, coll. Huygens. Chr. Huygens y répondit par le No. 809.

Nobiliſſime Vir,

Litteras cum acceperim diebus proxime elapſis Florentia a Sereniſſimo Principe Leopoldo tibi tradendas [1]) eas, ne quid in me morae eſſet, viro illuſtri Parenti tuo confeſtim credidi, quod iam hinc diſceſſiſſes. Adjunxerat ijs duas diſſertationes Mathematicas Carolus Datus, alteram [2]) Joannis Alphonſi Borelli [3]), Laurentij Magalotti [4]) alteram [5]). Utramque hic mitto, cum ipſa Dati epiſtola [6]) ut intelligas,

[1]) Voir l'Appendice II, N°. 795.
[2]) Voir l'Appendice IV, N°. 797.
[3]) Sur G. A. Borelli voir la Lettre N°. 536, note 4.
[4]) Le Comte Lorenzo Magalotti naquit à Rome le 13 décembre 1637 et mourut à Florence le 1 mars 1712. Il était conseiller d'état à Florence et membre de l'Accademia del Cimento, dont en 1660 il devint le secrétaire.
[5]) Voir l'Appendice V, N°. 798.
[6]) Voir l'Appendice I, N°. 794.

quid fieri ille de diſſertationibus velit. Eam tamen ut mox ad me remittas rogo: ne reſponſione mea fraudetur vir amiciſſimus. Iter ex voto te confeciſſe ſpero. de quo proximos nuncios certiorem me facturos augurari licet. Amicos Pariſienſes meis verbis velim officioſe ſalutes, Celeberrimum imprimis Capellanum [7]), quem ego virum in oculis aſſidue, ut ſcis, fero. Plura vellem, ſed urgent abitum Oratores [8]) noſtri, quibus hunc faſciculum commiſi. Vale et me ama. Dabam Hagae Comitis Anno cIↃIↃcLx. Kal. Novembr.

Tuus omni ſtudio ac cultu
NICOLAUS HEINSIUS.

N° 794.

C. DATI à N. HEINSIUS.

Had hy myn raet daer over te voren gevraeght, ſoude verſcheyde andere dingen aengemerckt hebben. dewyl hy ſchynt noch een tweede deel onder handen te hebben, indien hij myn raed daer in wil gebruijcken, ſal hem miſſchien weten aen te wijſen wat figuren hij met meerder nutticheijt ſoude konnen in 't licht geven als deſe zijn.

N° 947.

P. de Fermat à Christiaan Huygens [a]).

[décembre 1661.]

La lettre se trouve à Leiden, coll. Huygens.
Elle a été publiée par Ch. Henry dans le Bull. di Bibliogr. T. 12.

Viro Clariſſimo Christiano Huggenio P. F. S. T.

Dum Franciſci Vietae celebre illud ad problema Adriani Romani [1]) reſponſum [2]) accuratius anno ſuperiore examinarem, et in uerba capitis ſexti incidiſſem

[1]) Adriaen van Roomen (Romanus) naquit à Louvain le 29 septembre 1561 et mourut à Mayence le 4 mai 1615. Il fut professeur de médecine et de mathématiques d'abord à Louvain, puis en 1595 à Wurzbourg, où il fut aussi médecin de l'évêque. Ayant perdu sa femme, il entra dans les ordres, devint mathématicien du roi de Pologne et professeur à Zameck (Russie). Il attaqua les pseudoquadratures de Simon van der Eycke, de Josephus Scaliger, d'Oronce Finée et de Nicolaus Raymarus Ursus Dithmarsus.

[2]) Francisci Vietae Ad Problema, qvod omnibvs Mathematicis totivs orbis conſtruendum propoſuit Adrianus Romanus, Reſponſum.

quibus profitetur ſubtilis ille mathematicus haud ſcire ſe an ipſemet Adrianus nuſquam propoſuit aequationis geneſim et ſymptomata pernouerit, ſubuereri cepi an ipſemet quoque Vieta aequationis illius famoſae ſatis generalem tradiderit aut inuenerit ſolutionem. Proponentis quippe Adriani Romani uerba haec ſunt, emendante Vietâ. Detur in numeris Algebricis 45 (1) [3]) — 3795 (3) + 95634 (5) — 1138500 (7) + 7811375 (9) — 34512075 (11) + 105306075 (13) — 232676280 (15) + 384942375 (17) — 488494125 (19) + 483841800 (21) — 378658800 (23) + 236030652 (25) — 117679100 (27) + 46955700 (29) — 14945040 (31) + 3764565 (33) — 740459 (35) + 11150 (37) — 12300 (39) + 945 (41) — 45 (43) + 1 (45) aequalis numero dato. Quaeritur ualor radicis. Sane perquàm eleganter et doctiſſimè ſuo more quaeſtionem propoſitam abduxit Vieta ad ſectiones angulares et tabulam foeliciter conſtruxit pagina 318 editionis Elzevirianae ad quotlibet in infinitum terminos methodo quâ uſus eſt, facilè extendendam cuius beneficio dignoſcitur quaenam aequationes ad ſpetiales angulorum ſectiones pertineant. Si enim in ſedibus numerorum imparium ſumatur primò 1 c — 3 n [4]) aequalis numero dato qui non ſit maior binario, reducitur quaeſtio ad triſectionem anguli: ſi deinde 1 qc — 5 c + 5 n aequetur numero dato qui non ſit etiam binario maior, reducitur quaeſtio ad quintam ſectionem anguli: Si 1 qqc — 7 qc + 14 c — 7 n. aequetur numero dato qui non ſit item binario maior, reducitur quaeſtio ad ſextam ſectionem. Et ſi tabulam in infinitum extendas iuxta methodum a Vietâ praeſcriptam, terminus aequationis ab Adriano propoſitae erit quadrageſimus quintus tabulae. Et quaeſtionem ad inueniendam quadrageſimam quintam anguli dati partem deducet. Verum obſeruandum eſt in his omnibus aequationibus contingere, ut ijs ſolum ipſarum caſibus inſeruiant ſectiones angulares et methodus Vietae in quibus numerus datus cui proponitur aequandus quilibet in numeris Algebricis tabulae terminus binarium non excedit, ut iam diximus. Si enim numerus datus ſit binario maior, ſilet ſtatim omne ſectionum angularium myſterium et ad quaeſtionis propoſitae ſolutionem inefficax dignoſcitur. Propoſuerat tamen generaliter Adrianus dato termino poſteriore inueniendum eſſe priorem. Aliunde igitur quam a Vietâ et a ſectionibus angularibus petendum auxilium. proponatur in primo caſu 1 c — 3 n aequari numero qui non ſit binario maior, reducitur quaeſtio ad triſectionem ut iam indicauimus. Sed ſi 1 c — 3 n aequetur 4 vel alteri cuilibet numero binario maiori, tunc aequationis propoſitae ſolutionem per methodum Cardani analyſtae expediunt. An autem in ulterioribus in infinitum caſibus ſolutiones per radicum extractionem fieri poſſint,

---

[3]) Les nombres entre crochets (dans l'original ils sont entourés d'un petit cercle) désignent la puissance de l'inconnue.

[4]) Ici, en prenant x pour l'inconnue, nous écririons maintenant x^3 pour c, x^5 pour qc, x^7 pour qqc, tandis que n désigne la première puissance de l'inconnue.

nondum ab analyſtis tentatum fuit. Quidni igitur in hac parte Algebram liceat promouere tuis praecipuè, Huggeni clariſſime auſpicijs quem in his ſcientiis adeo conſpicuum eruditi omnes meritè venerantur.

Proponatur itaque $1\,qc - 5c + 5\,n$ aequari numero 4 vel alteri cuilibet binario majori. Obmuteſcet in hoc caſu methodus Vietae. Nos itaque, ut generaliter Adriano proponenti ſatiſfiat confidenter pronuntiamus, in omnibus omninò tabulae praedictae caſibus, quoties numerus datus eſt binario maior ſolutiones propoſitae quaeſtionis per extractionem radicum commodiſſimé dari poſſe. Obſeruauimus quippe, imò et demonſtrauimus in omnibus illis caſibus aequationes poſſe deduci ſicut in cubicis ad quadraticas a radice cubica ex methodo Cardani et Vietae, ſic in quadratocubicis ad quadraticas a radice quadratocubicâ, in quadratoquadratocubicis ad quadraticas a radice quadratoquadratocubicâ et ita uniformi in infinitum progreſſu. Sit $1\,c - 3\,n$ aequalis 4 verbi gratiá. Norunt omnes radicem quaeſitam ex methodo praedictâ aequari radici cubicae binomij $2 + \sqrt{3}$ + radici cubicae apotomes $2 - \sqrt{3}$. Sed proponatur in exemplo Vietae et Adriani $1\,q\,c - 5\,c + 5\,n$ aequari 4 vel alteri cuilibet numero binario majori. Fingemus perpetuâ et ad omnes tabulae caſus producendâ in infinitum methodo radicem quaeſitam eſſe $\frac{1\,q + 1}{1\,n}$ [6]) cùius beneficio reſoluendo hypoſtaſes euaneſcent ſemper homogenea ſimplici per extractionem radicum quaeſtionis reſolutioni contraria. Et in hoc caſu ad exemplum praecedentis radix propoſita aequabitur radici quadratocubicae binomij $2 + \sqrt{3}$ + radici quadratocubicae apotomes $2 - \sqrt{3}$. Si $1\,qqc - 7qc + 14\,c - 7\,n$ qui eſt numerus tabulae ſeptimus apud Vietam (Ad exponentem namque maximae poteſtatis qui eſt in hoc caſu 7 reſpicimus) aequetur ſimiliter numero 4. fingatur, ut ſupra, radix quaeſita eſſe $\frac{1\,q + 1}{1\,n}$ [6]). Euaneſcent pariter in hoc caſu homogenea omnia ſolutioni per extractiones radicum aduerſa. Et radix quaeſita aequabitur radici quadratoquadratocubicae binomij $2 + \sqrt{3}$ + radici quadratoquadratocubicae apotomes $2 - \sqrt{3}$. Et ſic in infinitum. Quod tu, vir eruditiſſime, non ſolum experiendo deprehendes, ſed et demonſtrando, quandocumque libuerit, aſſequêris. Ea enim eſt aequationum ex tabulâ Vietae deriuandarum ſpecifica proprietas, ut ſemper ipſarum ſolutiones in ijs caſibus in quibus homogeneum comparationis eſt binario maius, ſimplices omninò extractionis radicum beneficio euadant. Vel igitur numerus datus termino tabulae analytico aequandus eſt binarius, uel minor binario, uel eodem binario major. Primo caſu ſemper radix propoſita eſt ipſe binarius, ſecundo deuolvitur quaeſtio propoſita ſecundum Vietam ad angulares ſectiones, tertio per noſtram methodum iam expoſitam hoc eſt per ex-

[6]) C'est-à-dire, si x est l'inconnue primitive, il faut substituer $x = \frac{y^2 + 1}{y}$.

tractionem radicum facilè expeditur. Sit itaque numerus ille Analyticus Adriani ſuperius expoſitus 45 (1) — 3795 (3) &c. aequalis numero 4. radix quaeſita erit radix quadrageſimae quintae poteſtatis binomij $2 + \sqrt{3} +$ radix quadrageſimae quintae poteſtatis apotomes $2 - \sqrt{3}$. Nec amplius in re perſpicuâ et iam ſatis exemplificatâ immorandum, niſi quod monendum ſupereſt extractionem radicis quadrageſimae quintae poteſtatis ſiue inuentionem quadraginta quatuor mediarum proportionalium inter duas quantitates datas expediri facillime per extractionem radicis cubicae bis factam et extractionem radicis quadratocubicae ſemel, quod numeri 5. et 9. qui numerum 45 metiuntur ſatis indicant. 5 enim ad radicem quadratocubicam refertur et 9 ad radicem cubicam bis ſumptam. Ternarius enim qui eſt cubi exponens bis ductus nouenarium producit, jdeoque per inuentionem duarum mediarum proportionalium inter duas bis factam et inuentionem quatuor mediarum inter duas ſemel, inueniuntur quadraginta quatuor mediae et quaeſtioni noſtrae ſatiſſit, quemadmodum Vieta inuentionem ſectionis anguli in 45 partes quae eſt quaeſtio uel aequatio Adriani ad aequationem cubicam bis factam et ad quadratocubicam ſemel, ſiue ad duplicem triſectionem et ad unicam quintuſectionem abduxit. Nihil de multiplicibus aequationis uel quaeſtionis propoſitae ſolutionibus adiungimus. Primogeniam tantum repraeſentamus, de reliquis quarum operoſior eſt diſquiſitio, aliàs fortaſſe, ſi otium ſuppetat, fuſius acturi. Vale, Vir clariſſime. Et me ama.

Pour Monsieur Huggens.

---

[a]) de Monſieur Fermat [Chr. Huygens].

SUPPLÉMENT.

N° 4a.

H. Bruno à Constantyn et Christiaan Huygens.

12 mai 1645.

La pièce se trouve à Paris, Bibliothèque Nationale.

Ad nobiliſſimos ornatiſſimoſque fratres Constantinum et Cihristianum Hugenios, Leidam ſtudiorum gratia profecturos.

Προτροπὴ.

Hugenidae fratres, animi quos patrius ardor
Impulit egregias ſemper inire vias,
De quibus et geminum ſpondet ſibi patria patrem,
Speque novâ ſolis praecipit Haga duos:
Itis, io, Batauas, geminum decus, itis Athenas;
Nec ſatis eſt geminum vos decus eſſe domi.
Ite viri, nondum juvenes aetatibus ambo,
Maturis dudum mentibus ite viri.
Ite duplex conſummati genitoris imago:
Semidei, ſi non numine, ite genus.
Occupat adventum votis Academia veſtrum,
Omnis et e portis obvia Leida ruit.
Ipſi venturis ardent occurrere muri,
Et Themis et Themidos vos vocat ipſe locus.
Ipſa puellares pandens Aſtraea lacertos,
Virgo brevi vobis vivere nupta cupit.
Utque pater Rhenus multo vos [1]) amore ſalutet,
Convolvit totas officioſus aquas.
Utque mora impatiens vos hinc trahat ipſa morantes,
Prolixas vellet Pallas habere manus.
Ite, quid ingentes ultra differtis honores,
Quos niſi ferre juvat, quid meruiſſe juvat?
Ite, ſequor, calido lectiſſima corcula, voto,
Vos voto faciles, oro, favete meo.

[1]) Probablement Bruno a voulu écrire:
Utque pater multo vos Rhenus amore ſalutet.

Anticipate citis ſucceſſibus omnia noſtra
Semper et applauſus praecipitate meos.
Sic potero vobis ſine vivere; laetus utrique
Sic illud potero dicere triſte VALE!
Sic modo tam doctos omnis mirabitur aetas,
Diſcipulos credet nulla fuiſſe meos.

Scribebam Hagae Comitis IV Idus Majas CIↃIↃCXLV.

Veſter totus
HENRICUS BRUNO.

N° 135[a].

CHRISTIAAN HUYGENS à FR. VAN SCHOOTEN [1)] [a)].

[5 NOVEMBRE 1652.]

La minute se trouve à Leiden, coll. Huygens.

Primum, in Algebra ſaltem verum ex falſis non elicitur, ea enim nihil eſt praeter hujuſmodi argumentationem. Numerus exempli gratia quem quaero per 2 multiplicatus debet efficere 6. ergo 6 per 2 ſi dividatur orietur meus quaeſitus numerus. Nihil autem hic falſi ponitur. nam ſignum quod pono, ſcribitur loco vocabuli (numerus) ſed non ſupponitur illud ſignum eſſe numerum quaeſitum.

In regula falſi non magis. Ponamus regulam falſi duplicis poſitionis; quid hic falſi ponitur, nimirum numerus aliquis dices pro numero quaeſito, qui non ſit verus. Imo verò quid opus eſt ponere illum qui non ſit eſſe quaeſitum numerum. Mihi nihil aliud hic contingere videtur, niſi hoc, quod numeri duo ponuntur ſimpliciter quos ita multiplicare et dividere &c oportet ſicuti de numero quaeſito praeſcribitur. deinde ex exceſſibus quibuſdam defectibuſque inventis certam per regulam numerus quaeſitus elicitur. Non autem neceſſe eſt ut eos pro numero quaeſito habeas, nihilo quidem magis quam ſignum in algebra, de quo modo dicebam.

Ad ſyllogiſmum priuſquam reſpondeam, videndum eſt quid ſit ex falſis verum directè elicere. mihi ſic intelligendum videtur. Ex falſis verum elici quando poſitâ falſâ aliquâ hijpotheſi tanquam ſi vera eſſet, aliquid verum eſſe ea retentia ita demonſtratur, ut perſuadeat nobis ea demonſtratio iſtud verum eſſe,

[1)] Cette pièce se rapporte à la Lettre N°. 131 de van Schooten; elle peut être considérée comme un avant-projet de la Lettre N°. 135[b].

licet hijpotheſin ipſam habeamus pro falſa. Quemadmodum factum videtur in Archimedis quadratura parabolae &c. Nam ſi quis tali hijpotheſi utatur: Quod omnis figura curvilinea in eaſdem partes cava, ſi baſin et altitudinem cum rectangulo aequalem habet, ſit ejus rectanguli ſubſeſquialtera, atque ea retenta oſtendat parabolam trianguli inſcripti eſſe ſeſquitertiam, ille non videtur mihi ex falſis verum in Geometria elicuiſſe. Quandiu enim hijpotheſin illam pro falſa habebo, non ero perſuaſus illius hominis demonſtratione quod parabola reapſe inſcripti trianguli ſit ſeſquitertia. Quare nihil veri ille mihi quidem elicuiſſe videtur. atque eodem modo ſe res habet in ſyllogiſmo quem proponis. videlicet, omnis lapis eſt animal; omnis homo eſt lapis. Ergo omnis homo eſt animal.

Sed de Archimede videri poſſet quod ex falſo verum elicuerit. Ponit enim omnia gravia parallelis lineis deorſum ferri quod falſum, atque ita tamen demonſtrat quadraturam parabolae, quae omnino vera eſt.

Putarunt multi erraſſe Archimedem inter quos et Lucas Valerius [2]) qui tamen poſtea [3]) ſententiam mutavit, et Archimedem defendere tentavit. Mihi autem Archimedis demonſtratio fidem quidem facere non poteſt quandiu hijpotheſin ipſius ut falſam conſidero, verum cum pro ejuſmodi eam habeo, quaſi non revera in terra hoc contingere ſtatuat, quod ponit, ſed imaginatione tantum ideam loci formet ubi gravia ad idem planum perpendiculariter deſcendere conentur, tum omnino mihi argumentatione ſua approbat quod parabola trianguli inſcripti eſt ſeſquitertia. nam quod de magnitudine ejus aliquo in loco idem ubique verum eſt.

Haec autem non amplius falſa hijpotheſis ſed imaginaria videtur.

---

[a]) Ad Schotenij epiſtolam [4]) [Chr. Huygens].

---

[2]) Luca Valerio naquit vers 1552 à Ferrara et mourut à Rome vers 1618. Il y était professeur de mathématiques et de physique, et membre de l'Académie des Lincei d'où il fut expulsé en 1616 pour avoir enseigné publiquement la doctrine de Kopernik. Il publia en 1606 son ouvrage:

Qvadratvra Parabolae per ſimplex falſvm. Et altera, quam ſecunda Archimedis expeditior. Ad Martivm Colvmnam. Lvcae Valerii Mathematicae & Civilis Philoſophiae in almo Vrbis Gymnaſio publici profeſſoris. Romae apud Lepidvm Facium. Superiorum Permiſſu. MDCVI. in-4°.

[3]) Voir l'ouvrage posthume:

Lvcae Valerii Ferrarienſis Svbtilivm Indagationvm Liber Primvs. ſeu Qvadratvra Circvli & aliorum curuilineorum. Cvm Facvltate Svperiorvm. Romae apud Franciſcvm Zanettum. MDCXXXII. in-4°.

[4]) Consultez la Lettre N°. 131.

N°. 135^b.

CHRISTIAAN HUYGENS à FR. VAN SCHOOTEN.

7 NOVEMBRE 1652.

La minute se trouve à Leiden, coll. Huygens.
La lettre est la réponse au No. 131.

SCHOTENIO.

Epiſtolam tuam [1]) ad Taquetium poſtridie ejus diei quo acceperam Antwerpiam miſi ad Patrem Segerum a quo mihi Theſes [2]) advenerant. Laetor autem te eas ſatis legere potuiſſe. nam mea hercule culpa accidiſſet ſi potuiſſes minus. Vidi enim poſtea, oblitum me fuiſſe exemplar aliud earum quod ſeorſim à figuris et majori charactere impreſſum eſt priori jungere. At nunc potius videtur ut tuum adventum hic expectet ſiquidem ejus mihi ſpem feciſti. Ipſe quoque ad Taquetium literas [3]) dedi, non illud tamen quaerens quod de immerſis humido ſubindicaram. comperi enim poſtea ex Galileo id deſumptum eſſe. verum illud ipſum quod propoſueram tibi; de vero ex falſis eruendo, de quo accuratè ſanè reſpondiſti. neque tamen ita mihi veritatem ejus poſitionis approbas, ſed ad omnia quae in exemplum adfers invenio quod contradici poſſit. Nam ut à facilioribus ordiar; Illud quidem quod de Algebra ſuſpicaris, nullo id facis ejus merito. Ea enim quid eſt aliud quam ratiocinatio hujuſcemodi? Numerus exempli gratia quem quaero ter ſumptus efficere debet 6. Ergo 6 per 3 diviſum aequare eum debet. Quod autem ſignum quoddam vicem obit numeri quaeſiti, illud fit brevitatis gratia, ne vocabulum (numerus) ſaepe reſcribendum ſit. adeo ut hic nihil videam ſtatui quod falſum ſit. Imo neque in Regula falſi, quam plurimum ad propoſitum facere arbitraris. Quia videlicet pro lubitu falſus numerus pro vero ponitur. Mihi autem videtur hoc nequaquam hic contingere. Nam quid aliud ſibi vult ea regula, niſi ut bis aliquis numerus ſumatur ſimpliciter atque is ita per omnia quae propoſita ſunt ducatur ſicuti de inveniendo numero praeſcriptum eſt; atque ut deinde ex reſiduis quibuſdam et exceſſibus per regulam proportionis numerus quaeſitus eliciatur? nihil autem eſt opus ut aſſumptos numeros pro quaeſito habeas, non magis quam ſignum, in Algebra de quo modo dicebam. Neque ad nomen falſi eſt attendendum, ſed videndum potius quid agatur quam quid dicatur. De Syllogiſmo quem primò loco propoſuiſti priuſquam reſpondeam, determinemus quid ſit ex falſis verum directè elicere. ſi enim quis tali falſa utatur hypotheſi: Quod omnis figura plana ad eaſdem partes

[1]) Consultez la Lettre N°. 133.
[2]) Voir l'ouvrage décrit dans la Lettre N°. 130, note 1.
[3]) Voir la Lettre N°. 135.

cava, quae baſin et altitudinem cum rectangulo parallelogrammo eandem habet, ſit ejus parallelogrammatis ſubſeſquialtera, atque ita porro demonſtret, parabolam inſcripti trianguli ſeſquitertiam eſſe. an ille tibi videbitur ex falſo verum elicuiſſe. atque id intelligere putas Tacquetium? Minimè verò, nam alioqui ſatis inepta erit theſis ipſius, neque erit artis, vel mille exempla protinus oſtendiſſe. ut ſi ſtatuas lineam omnem alteri lineae incommenſurabilem eſſe, ad quam majorem rationem habet quam ſeſquitertiana, atque ita demonſtres diagonalem quadrati incommenſurabilem lateri. Talia autem Tacquetium pro exemplis obtrudere velle nequaquam exiſtimo. Sed tum ex falſis verum elici dicturum, quando poſito falſô aliquo, tanquam ſi verum eſſet, aliquid veri ita demonſtratur, ut perſuadeat nobis ea demonſtratio illud verum eſſe, licet ſemper id quod poſitum fuit falſum agnoſcamus. Hoc autem in Syllogiſmo tuo non fieri facilè animadvertis:

Omnis lapis eſt animal. Omnis homo eſt lapis. Ergo omnis homo eſt animal. Ea enim dicendo non perſuadebor quod homo ſit animal, ſi antea neſcivero. Archimedes autem ex falſo verum elicuiſſe videri poſſet. Etenim ponens falſò quod omnia gravia parallelis lineis deorſum feruntur, (nam ſine eo propoſitio 6 non ſubſiſtit) inde quadraturam parabolae elicit quae veriſſima eſt. Sed et hoc puto me diluere poſſe, etiamſi longiori ſermone opus habet, ut et hoc quod de Aſtronologorum variis Hijpotheſibus adduxiſti. Expectabo autem donec ad nos excurras, ne nimium prolixa evadat epiſtola.

De motu ſecundum id quod reſpondes, teneri mihi videris neque abſurdum effugere poſſe. Si enim B corpus ipſius A duplum ut ponebamus feratur verſus C; A autem duplo velociori motu ipſi impactum non adimit ut ais quidquam de celeritate corporis B. Fateberis quoque, ſi A minus velociter ipſi B ut antea moto occurrat, multo minus adhuc poſſe corporis B celeritatem minuere.



At ſi hoc concedis ut aequum eſt, quid igitur fiet ſi ponamus A cum dimidio tantum gradu celeritatis ferri, et B ſicut prius cum gradu uno. Nihil enim celeritatis amittet B in occurſu; ergo perget ferri verſus A cum uno celeritatis gradu. Itaque A reſiliet, ſed quâ velocitate? certe majori quam dimidii gradus quâ venit, nam alioqui daretur corporum penetratio. at ſi majori, jam plus motus habebit quam antea. Et habet B quantum habebat ab initio. Igitur contra principia Carteſij plus erit motus poſt occurſum duorum corporum quam fuerat antè. Quid adhuc ſis reſponſurus impenſe audire deſidero.

Quod fidem mihi negaſti cum de invento meo nupero te certiorem feci de cogendis radijs ad punctum unum qui ad aliud tendebant valde gaviſus ſum tum quod eo majoris momenti inventio viſa eſt quam quod unam ſaltem aliquam occaſionem nactus ſum quâ poſſim damnoſum iſtud praejudicium tibi exigere, quo ductus in Carteſij verba jurare non dubitas. Cujus quanquam ingenium divinum ſemper ſuſpiciam, non tamen tantum tribuo ut non ea ſine demonſtratione ſaepe adfirmare eſt ſolitus, ad veritatis normam exigere utile credam. Quo id ſucceſſu nunc fecerim

demonſtratio mea manifeſtum faciet quam tibi cum adveneris exhibiturus ſum. Scito autem principium idem me ſervare in dioptricis quod ille de refractionibus feliciſſimè adinvenit. Vale, et fac ut te quam primum.

7 Nov. do [4]). 1652.

N° 199[a].

CHRISTIAAN HUYGENS à FR. VAN SCHOOTEN.

7 OCTOBRE [1654.]

La minute se trouve à Leiden, coll. Huygens.
Fr. van Schooten répondit par le No. 201.

Eclipſeos ſolaris quae hac contigit [1]) aeſtate obſervationes mihi Praga mittuntur à Domino Kinnero [2]) atque invicem quae hiſce in locis factae ſunt exiguntur. Epiſtolam ipſius tibi ecce exhibeo, ut videas quam male de Univerſo Aſtronomiae ſtudio ominetur, et an merito id faciat. Fieri enim poteſt ut perperam calculum ſubduxerint Romani Mathematici et à noſtris diſſentiant. In primis ſcire deſidero an exacta fuerit Northollandi Ruſtici [3]) praedictio quae in Aſtronomico ipſius opere [4]) conſignata eſt, quoniam ſummam in Eclipſibus iſtis diligentiam adhibuiſſe videtur. Ego cum nupera haec contingeret eram in Pago Spa, ubi ſolis conſpectum nubila impediente, ſed tenebras alioqui nullas animadvertimus. Credo apud vos quoniam ſerenus aer fuit non otioſos fuiſſe ſiderum ſpectatores. quare quidquid habes quaeſo mihi impertire, ut Kinneri deſiderio ſatiſfaciam.

Emi ante dies aliquot Introductionem Philoſophiae [5]) Domini Raey [6]) recens ut

---

[4]) C'est-à-dire: Donderdag (Jeudi).

---

[1]) Cette éclipse de Soleil eut lieu le 12 août 1654.
[2]) Consultez la Lettre N°. 199.
[3]) Huygens désigne Dirk Rembrandtsz. van Nierop.
[4]) Sur son ouvrage „Nederduytſche Aſtronomia" voir la Lettre N°. 165, note 1.
[5]) Clavis Philoſophiae Naturalis, ſeu Introductio ad Naturae Contemplationem, Ariſtotelio-Carteſiana: Avthore Joannes de Raei, L. S. M. ac Med. Doct. & in Acad. Lugd. Bat. Philos. Profess. Lvgd. Batavor. &c. Officinâ Johannis & Danielis Elzevier Acad. Typograph. cIↃIↃcLIV. in-4°.
[6]) Sur Johannes de Raei voir la Lettre N°. 180, note 9.

videtur editam in qua caetera quidem egregie pro inſtituto ſed de motu quod Regulas Carteſianas praeter primam omnes falſas eſſe nondum perſpexerit miror. Ego longe alias regulas in ea materia inveni quarum demonſtrationes jam ſcribere aggreſſus ſum. Et omnino vera inveni quae de contemplationis hujus difficultate et momento Galileus prodidit dialogo [7]) 4°. pagina 264. 265. et pagina ante appendicem.

Siquid adhuc novae rei in lucem is hic prodijt quod ad ſtudia noſtra pertineat aut ſi quid ipſe memorabile reperiſti aut ab alijs tibi miſſum eſt, ne mihi ſignificare graveris. Item quam prope liber de locis Planis [8]) ad umbilicum perductus ſit et ante omnia ecquid proſpera ipſe valetudine perfruaris. Vale.

7 Octobris.

N° 592[a].

Ism. Boulliau à Leopoldo de Medicis.

28 février 1659 [1]).

La lettre se trouve à Paris, Bibliothèque Nationale.
Leopoldo de Medicis y répondit par le No. 604[a].

Sereniſſimo ac generoſiſſimo Principi Leopoldo ab Hetruria Ismael Bullialdus S. P. D.

Sereniſſime Princeps. De tua ſingulari in me benevolentia ac animi propenſione mihi ipſe gratulor, beatumque me praedico, quod Celſitudo Tua Sereniſſima ſic de me ſentiat ac ſtatuat, ut tam libenter ac benigne precibus meis aures accommodare

7) Consultez l'ouvrage décrit dans la Lettre N°. 17, note 1.
8) Voir l'ouvrage cité dans la Lettre N°. 128, note 3.

1) Nous publions ici, sous les Nos. 592[a], 604[a], 609[a], 621[a], 637[a], 655[a], 673[a] et 673[b], quelques pièces, relatives à l'histoire de l'horloge à pendule, récemment trouvées dans la Bibliothèque Nationale de Paris. Elle font partie de la correspondance de Boulliau avec Léopold de Medicis, de laquelle, jusqu'ici, nous n'avons pu communiquer que les deux extraits transmis par Boulliau à Huygens, savoir les Nos. 617 et 634, ainsi que la Lettre N°. 697. La pièce N°. 673[b] est la seule qui ait été publiée dans différentes éditions des Opere di Galileo Galilei. Le texte de ces publications diffère en plusieurs passages importants du texte de Paris. Nous avons ajouté les Nos. 673[c] et 673[d], auxquels se rapporte la pièce N°. 673[b].

Nous saisissons cette occasion pour témoigner toute notre reconnaissance envers M. L. Delisle, administrateur général, et M. M. Deprez, conservateur-adjoint du département des manuscrits de la Bibliothèque Nationale de Paris, qui ont bien voulu prêter leur appui éclairé à nos recherches.

velit; ſeque tam facilem fauentemque praebeat, ut meis votis illico, ac ea concepi, annuat. Eſt etiam quod jure gloriam mihi arrogem, quum Princeps generoſiſſimus ſummis ornatus virtutibus, eximiis ſapientia ac eruditione clarus, deſideriis meis tam clementer indulgeat, & ope ſua benigna eorum expectationem expleat. Adeo multis nominibus Celſitudini tuae Sereniſſimae obnoxius & obſtrictus officium meum nunquam deſeram, tuaſque apud omnes celebri praeconio laudibuſque vere heroïcas virtutes extollam. Vitreis illis organis, quae liberalitati tuae ac munificentiae debeo, ubi accepero, utar in experiundo apud nos tam aëris conſtitutionem, quam vinorum variorum ſpiritus, & aliis, ad quae fabricata ſunt, adhibebo, quodque illis deprehendero Celſitudini tuae Sereniſſimae ſum prompte ſignificaturus. Thermometrum unum ex Polonia a quodam amico meo anno ſuperiore accepi, quod Florentiae confectum mihi aſſeruit, per intenſiſſimos aeſtatis praeteritae aeſtus ad gradum trigeſimum ſeptimum liquor in illo tubulo intumuit; viciſſimque Decembris elapſi diebus aliquot, aſpero vehementeque frigore, quo Sequana concretus in glaciem eſt ad gradum 7 liquor depreſſus apparuit. Hoc etiam adnotaui, pruinam cecidiſſe ac tenuiſſimam glaciem viſam eſſe ubi liquor fuit ad 15 gradus compreſſus; uſque dum ad 14 gradus ſubſediſſet gelu non expectaueram, cum monuiſſet me amicus ſupra illum gradum nec cadentem rorem in pruinam, nec aquam in glaciem concreſcere. Quam poſſum gratias maximas Sereniſſimae Celſitudini tuae habeo, quod poſtremis ſuis epiſtolis 23 Decembris ſuperioris anni ad me datis, tam clemente ac favente animo mecum egerit, ut de Apollonii Pergaei jam abſoluta interpretatione Latina, deque editione[2]) mox ſecutura monere voluerit. Ab omnibus certe Mathematicis maximo gaudio perfuſis tanti auctoris libri, tantopere expetiti, tractabuntur verſabunturque. Gratiſſima quoque futura ſunt ab illo Vincentio Viviano, quem Apollonium alterum ſub tua Sereniſſima Celſitudine teſte idoneo appellare poſſumus, reperta, quae antiqui illius magni Mathematici demonſtrationibus lucem ſunt procul dubio allatura, vel breviſſimae morae ita ſum impatiens ut omnis odioſa mihi ſit, quique horum eximiorum operum editionem ſufflaminaret, inviſus mihi ſemper foret, nullus quippe libros illos legendi me cupidior viuit.

Sunt aliquot menſes, cum ſcripto edito additaque figura Horologium a ſe inventum explicuit Chriſtianus Hugenius Zulichemius et Hagae Comitis in Batavia edidit[3]), ante vero ſeptimanas aliquot ſcripti illius exemplaria ad me tranſmiſit. Unum hiſce cum literis Sereniſſimae Celſitudini tuae deſtinare decrevi, ne forte diutius illo careas, quo jucunditatem aliquam percepturus es. Illarum machinarum faber quaſdam fabricatur, quae per ſeptem dies continuos trochleis appenſa pondera demittunt, quae ante diem ſeptimum rurſus reduci non eſt opus. Sunt inter illas, quae chalybaeâ eaque flexili lamina vel bractea, ſi magis haec appellatio arriſerit, circa tym-

[2]) Voir l'ouvrage cité dans la Lettre N°. 536, note 2.
[3]) Voir l'ouvrage cité dans la Lettre N°. 511, note 2.

pani axem circumuoluta ac contorta moventur. Penduli appoſiti mirabilem motus rotarum aequabilitatem inuexit, & trochleae adhibitae motus ceſſationem, dum reducuntur pondera, ceſſare faciunt. Non ingratum Sereniſſimae Celſitudini Tuae fore ſcriptum illud exiſtimo, cum ob auctoris, qui in Mathematicis excellit, nomen, tum ob inventam rem humano generi, navigantibus praecipue, coelumque obſervantibus utiliſſimam. Ut me benignitate tua ſolita proſequi, benevolentiaque favere ſemper velit Celſitudo Sereniſſima Tua impenſiſſime venerabunduſque rogo; ſeque perſuadere ſinat, nullum addictum magis aut obnoxium inter clientes ſuos habere.

Vale Sereniſſime ac Generoſiſſime Princeps & diutiſſime, ſoſpes ſalvuſque viue & me amare perge.

Scribebam Lutetiae Pariſiorum Die 28 Februarii anno 1659.

N° 604[a].

Leopoldo de Medicis à Ism. Boulliau.

31 mars 1659.

La lettre se trouve à Paris, Bibliothèque Nationale.
Elle est la réponse au No. 592[a]. Ism. Boulliau y répondit par le No. 609[a].

Signor Iſmael. Hò con ſommo mio contento ricevuto la lettera di Voſtra Signoria de 28 ſcorſo, mentre da eſſa ho ſentito eſſerle comparſa la mia, nella quale li auuiſo hauerle mandato uari ſtrumentini di vetro conforme ella me ne haueua fatta inſtanza; et piu caro mi ſarà udire che i medeſimi ſieno comparſi in ſua mano et ſenza patimento. Et intorno a quel Termometro inviatole dall' Amico di Pollonia, per poter dare a Voſtra Signoria qualche aggiuſtata riſpoſta ſopra le ſue operazioni, è neceſſario che ella mi mandi una miſura, o diſegno puntuale della ſua grandezza, et in quanti gradi ſia diviſo, con aggiugnerui la relazione di una eſperienza, che deſidererei Voſtra Signoria faceſſe, che è queſta di mettere il Termometro dentro al Diaccio ſtritolato e oſſervare ſe quanto l'acqua del Termometro et a che gradi cali doppo eſſere il medeſimo ſtato nel Diaccio per lo ſpazio di mezza ora,

[1]) Boulliau a communiqué à Chr. Huygens un passage de cette lettre, que nous avons inséré sous le N°. 617, Appendice de la Lettre N°. 616. Cet extrait a été publié pour la première fois par van Swinden, dans son mémoire sur Huygens inventeur des horloges à pendule [Verhandelingen der Eerſte klaſſe van het Koninklijk-Nederlandſch Inſtituut, Derde Deel. Amſterdam. 1817].

e con tenervelo tanto tempo ſommerſo, che cali alla minor poſſibile baſſezza. Circa lo Oriuolo regolato dal Pendolo, certo è che l'Invenzione è bella, ma non ſi deve defraudare della gloria douutali al noſtro Signore per ſempre ammirabile Galileo, che gia nel mille ſeicento trentaſei, ſi io non erro, propoſe queſta ſi utile invenzione alli Signori Stati d'Olanda [2]) et io ne ho ritrovato, benche in parte diverſo circa la conſtituzione delle ruote, un modello fatto gia dal medeſimo Signore Galileo; et tre anni ſono, che quaſi ſtudiò ſopra l'iſteſſo ſuggetto, ne fu fatto uno da un virtuoſo, che ſpero riuſcirà, ridotta la ſua fabrica al pulito di non minor' facilità et juſtezza del ritrovato dal Chriſtiano Hugenio. Ed confermando a Voſtra Signoria la mia ſempre affettuoſa diſpoſizione le auguro dal Cielo ogni contento

Amoreuole di Voſtra Signoria

Il Principe Leopold.

Signore Ismaelo Bullialdo.

Di firenze 31 Marzo 1659.

N^o 609^a.

Ism. Boulliau à Leopoldo de Medicis.

2 mai 1659.

La lettre se trouve à Paris, Bibliothèque Nationale.
Elle est la réponse au No. 604^a. Leopoldo de Medicis y répondit par le No. 621^a.

Sereniſſimo Principi Leopoldo ab Hetruria
Ismael Bullialdus S. P. D.

Sereniſſime Princeps.

Quas ſumma cum benignitate & humanitate Celſitudo Tua Sereniſſima Martii elapſi die ultima dignata eſt ad me ſcribere literas hac hebdomada accepi. etſi fortaſſe importunus nimis videar, pauca tamen reſcribenda mihi videntur, ut thermometrorum in liquoris oſtendendo aſcenſu et deſcenſu varietatem ſignificem. ex quo

[2]) Consultez l'Appendice N°. 673^d.

inſtrumenta illa vitrea a Celſitudine Tua Sereniſſima accepi, thermometra bina, quae integra in arcula inveni, cum eo quod ex Polonia ad me fuit miſſum comparavi, & in hocce altiorem apparere liquorem duobus punctis, quam in illis, ſemper notaui. Cumque ſint illa inſtrumenta inter ſe omnimode aequalia, tam penes tubuli longitudinem ac capacitatem, quam penes utriculi amplitudinem, differentiam illam ex ſpiritus vini ſubtilitate ac tenuitate inaequali oriri exiſtimo. aliunde enim, quam ex contenti liquoris majori vel minori leuitate, quae majorem vel minorem phlegmatis copiam ſequitur, cauſam repetere facile non eſt, cum vaſa quae illum continent undequaque aequalia & ſimilia ſint. Glaciei comminutae illa ſimul immerſa thermometra, ut monitis tuis, Sereniſſime Princeps, obtemperem, utque, quammaxime in ſingulis ſubſidit liquor, deprehendam.

De pendulo ad regendam horologii rotarum conuerſionem a ſummo viro Galileo olim reperto Vir Clariſſimus Chriſtianus Hugenius mihi monendus eſt, ut qui fuerit primus illius auctor reſciat, caveatque ne ſibi ſoli hoc adroget gloriamque inde reportare ſolus velit. Hunc virum adeo ſincerum ac procul ab omni jactantia & ut κενοδοξια alienum noui, ut cujuſquam famae aliquid detrahere quo ſuam augeat, ne cogitando quidem, nolit, ſibique laudem deberi, quod in eandem ac Galileus ὁ πάνυ cogitationem ac meditationem incideret potius credet. Deinceps vero, etſi alio magiſtro quam ſuo ingenio uſus non ſit (quod mihi tamen non conſtat ut etiam a Galilei ad Belgii foederatos ordines literis habuerit nec ne, mihi eſt incompertum) primum ſe auctorem et repertorem penduli praedicare non debet. Sereniſſimae Tuae Celſitudini omnem proſperitatem felicitatemque votis meis opto, & ut ad ſummos, qui inter homines ac in Societate civili excellunt, honores provectionem utinam vero augurio ominer, quibus Domus tua Illuſtriſſima ornetur. Aliquid hac de re ex Polonia ad me nuperrime non ab homine obſcuro, ſed idoneo teſte mihi ſcriptum, ut Sereniſſimae Celſitudini Tuae ſignificaret Illuſtriſſimum Abbatem Bonſium [1]) rogavi.

Vale Sereniſſime Princeps & me Tibi deditiſſimum & et addictiſſimum ama.

Scribebam Lutetiae Pariſiorum die 2 Maij anno 1659.

[1]) Voir sur Petro V de Bonzi, la Lettre N°. 85, note 1.

N^o 621^a. [1])

Leopoldo de Medicis à Ism. Boulliau.

22 mai 1659.

La lettre se trouve à Paris, Bibliothèque Nationale.
Elle est la réponse au No. 609^a. Ism. Boulliau y répondit par le No. 637^a.

Signor Ismael.

Sopra la differenza che Voſtra Signoria mi accenna haver potuto riconoſcere fra i Termometri inviatili da me et quello che ella ha riceuto di Pollonia, altro di qua da lontano non ſaprei dirmi, ſe non che queſta diverſita puo haver' cagione, quantunque i Termometri ſiano di ugual' grandezza, dall' havere il maeſtro che gl'ha fabbricati meſſa qualche quantita di acqua arzente più in uno che nell' altro, o ſi vero quello che Voſtra Signoria accenna dall' eſſere l'acqua arzente in alcuno di queſti ſtrumentini più gagliarda che nell' altro.

Quando io le accennai che l'invenzione d'adattare il Pendolo era ſtata trovata molto tempo fà ancora dal Noſtro Signore Galileo, non inteſi di dire che il Signor Chriſtiano Hugenio non la poteſſi haver' anch' egli ritrovata da ſe medeſimo, ſapendo molto bene l'Eminenza del ſuo Ingegno e dottrina mediante le quali coſe bene puó concluderſi che queſto gran Virtuoſo poſſa haver' ritrovato queſta e ritrovare ancora coſe maggiori.

Si puo ricordare Voſtra Signoria che io le accennai che altro virtuoſo tre anni ſono ne inventò un ſimile ma per ſua diſgrazia non fu applicato l'Animo al valerſi della ſua invenzione; queſta adeſſo, anzi l'iſteſſo Oriuuolo rozzamente fatto che egli portò al Sereniſſimo Gran duca, mio Signore e fratello, ſi è di nuovo eſperimentato, et ſi è trovato perfettiſſimo al pari di qual ſi ſia altro oriuuolo de migliori e tale che ſi ſpera ridurlo con qualche diligenza maggiore, che ne meno faccia differenza per lo ſpazio di 24 ore da un giorno all' altro d'un ſolo minuto d'ora. Io ſto tuttauia facendo qualche nuova eſperienza, e deſcriuendo le già fatte con animo di participarne coſta alcune di eſſe. Che è quanto poſſo ſignificare a Voſtra Signoria in riſpoſta della ſua de 2 corrente et reſto augurandole dal Cielo ogni proſperita.

Di Firenze, 22 maggio 1659.

Amoreuole di Voſtra Signoria
Il Principe Leopold.

---

[1]) Boulliau a communiqué à Chr. Huygens un passage de cette lettre; voir l'Appendice N°. 634 à la Lettre N°. 633. Van Swinden l'a publié pour la première fois dans son mémoire cité dans la note 1 de la Lettre N°. 604^a.

Sento [1]) dalla ſua lettera il cenno che Voſtra Signoria mi da di quanto ella aueua auuiſato al Signor Abbate Bonſi, e riconoſco gli auguri che Voſtra Signoria mi fa per nati da ſuo affetto parziale con il quale ella ſempre riſguarda gli intereſſi di queſta caſa e miei e come da tutti noi ſi è profeſſata ſempre un oſſervanza particolare verſo quelle Mia Maieſta coſi vengono addaggiugnerſi nuove obbligazioni mediante queſti nuovi affectuoſi ſentimenti e per quella parte che io poſſa venir in proprio conſiderato fuore mia eſpettazione ſi vengono ad accreſcierſi in conſequenza le mie al piu alto ſegno rendendo grazie a Voſtra Signoria e di quanto ella mi deſidera et di quello vi va cooperando potendo reſtar certo que glie ne conſervo la dovuta e ſincera gratitudine. Dal Signore Abbate Bonzi ſentira quel piu occorſo a tal conto e che li ſara ſcritto di concordamente del Sereniſſimo Gran Duca mio Signore e frattello ſotto li di cui direzzione et amore ſi governano gli intereſſi di ciaſcheduno di noi altri fratelli.

N° 637ª.

Ism. Boulliau à Leopoldo de Medicis.

13 juin 1659.

La lettre se trouve à Paris, Bibliothèque Nationale.
Elle est la réponse au No. 621ª. Leopoldo de Medicis y répondit par le No. 655ª.

Sereniſſimo Principi Leopoldo ab Hetruria
Ismael Bullialdus S. P. D.

Sereniſſime Princeps,

Ad Celſitudinis Tuae Sereniſſimae epiſtolam, quam elapſi menſis Aprilis die 24 [1]) e Podio Cajano ad me ſcripſiſti, quam voluiſſem tardius reſcribo. Moleſtum profecto fuit et officium meum tamdiu deſeruiſſe & gratias, ut teneor, de tam ſingulari in me benignitate ac ſummo fauore Celſitudini Tuae Sereniſſimae non egiſſe. Amici cujuſdam mei abſentia, reſponſum ut differrem fecit, a quo ſolo, ut ſe Clariſſimi Viri

[1]) Le post-scriptum est écrit de la main du Prince Léopold; la lettre elle-même est, comme de coutume, de la main de son secrétaire.

[1]) La lettre du 24 avril 1659 se trouve également à la Bibliothèque Nationale de Paris. Nous ne la reproduisons pas, parce qu'il n'y est pas question de l'horloge à pendule.

Domini Fermatii de maximis & minimis Geometricus tractatus [2]) nunc haberet, quidque de illo ſtatueret author, intelligere poteram. Ille eſt Dominus de Carcavi, rerum Mathematicarum ac Geometriae praeſertim ſtudioſiſſimus, qui ubi Celſitudinem Sereniſſimam Tuam de illo opuſculo curioſe ſciſcitari a me audivit, ut deſiderio Tuo obſequeretur, ipſum fidei meae commiſit, quem ſtatim Reverendiſſimo Domino Abbati Bonzio ut deſcribendum curaret tradidi. Petiit a me Vir ille, ut Celſitudinem Tuam Sereniſſimam verbis ſuis rogarem, ne ſe, vel authore Domino Fermatio inconſulter per Italiam nunc publicetur, cum minus terſum politumque authori opus videatur, quam ut edi poſſe putet; vellet quippe manum ei prius adhibere et correctius limatiuſque praeſtare.

Geometra ille Dettonuilla, cujus proprium nomen eſt Paſchalis, comminiſcendis illis Geometricis [3]) theorematibus demonſtrandiſque tanta cum aſſiduitate & cerebri contentione animum applicuit, intraque tam breve paucorum dierum ſpatium ille confecit, ut ſpiritus vitales fere exhauſerit & et in tabem lapſus lactis aſinini potione ac juſculorum refrigerantium uſu intemperiem viſcerum ac cerebri emendare nunc cogatur. quod adiit vitae diſcrimen ejuſmodi dieta cultivaturum ſperamus.

Thermometra quae a Celſitudine Tua Sereniſſima accepi quodque e Polonia, ſed Florentiae fabricatum, ad me miſſum eſt, contrario modo nunc ſe habere ſignificabo; hocce enim liquorem, in tubulo, quam illa, duobus ut plurimum punctis ſublimiorem antea aſcendebat. Nunc vero vice verſa in illis quae Tu, Sereniſſime Princeps mihi donaſti duobus quoque ut plurimum punctis altius quam in iſto vini ſpiritus aſcendit. Cujus rationem adſequi hactenus non licuit. Cum enim impervium vitrum externo ſit aëri, nulla ab eo alteratio liquori ſupervenire potuit; nec a Solis calore diuerſitatem illam probare invectam facile mihi videtur; cum e tubulo aut ſphaerica appendice nulla pars incluſi aëris aut ſpiritus vini expirare aut effluere potuerit; iidemque propterea quantitate ac qualitate manebunt, niſi alia cauſa ſubſit quae mihi nunc ignota eſt.

Excerptam ex poſtremis Clariſſimi Viri Chriſtiani Hugenii ad me litteris [4]) partem tranſmitto, unde quae ſit ejus mens ac ingenua indoles clarius quam ex verbis meis cognoſces, Princeps Sereniſſime.

Dominus Abbas Bonzius Sereniſſimo Hetruriae Magno Duci ante dies quindecim

---

[2]) Ce mémoire de de Fermat „Methodus ad diſquirendam maximam & minimam" ne fut publié qu'après sa mort, par son fils, dans les „Varia Opera Mathematica, 1679."

[3]) Boulliau indique ici l'ouvrage cité dans la Lettre N°. 560, note 32 :
Lettres de A. Dettonville [Bl. Pascal] contenant quelques-unes de ses inventions de Géométrie. 1659.

[4]) La lettre communiquée en extrait par Boulliau au Prince Léopold est le N°. 618. Comparez la Lettre N°. 623.

libellum [5]) in quo Poloniae ordines de futuro Poloniae Rege eligendo alloquor, miſit, nullum tutius utiliuſque conſilium Nationis Poloniae proceres inire omnes fatebuntur, utinam rationes a me adductas recte percipiant, votis meis ipſorum ſuffragia annuant & ſecuritati Reipublicae ſuae ſic conſultum eant. De illo libello, quodcumque Sereniſſimus Magnus Dux ſtatuerit fiet.

Quod in litteris ad me miſſis 22 Maij [6]) Celſitudo Tua Sereniſſima ſua manu exarare voluit, ut mihi honorificum omnino eſt, ſic animum meum laetitia ſumma affecit. felicem quippe me exiſtimo quod cultus Sereniſſimo Magno Hetruriae Duci, Tibique totique Domui Veſtrae Illuſtriſſimae a me exhibitus gratus & acceptus ſit, quodque certior fiam Vos mentem meam cognitam habere, perſuaſoſque eſſe toto pectore rerum veſtrarum incrementa optare; quarum gratia quoſcumque labores, ſi opera mea ex uſu Celſitudinibus veſtris Sereniſſimis totique Domui veſtrae feret, aeque alacriter ſuſciperem ac vota pro illis creberrime concipio. Tam arcta neceſſitudo inter Regem Chriſtianiſſimum [7]) Celſitudineſque veſtras Sereniſſimas intercedit; totque rationes communes vos cum ipſo conjungunt ut, qui Hetruriae Principibus addictus eſt, eorumque partibus ſtudet, illius quoque rebus inſerviat.

Celſitudinis Tuae Sereniſſimae addictiſſimum & deditiſſimum benevolentia tua ac fauore proſequi perge Sereniſſime Princeps & Vale.

Scribebam Lutetiae Pariſiorum Die 13 Junii 1659.

N° 655[a].

Leopoldo de Medicis à Ism. Boulliau.

21 août 1659.

La lettre se trouve à Paris, Bibliothèque Nationale.
Elle est la réponse au No. 637[a].

Signor Ismael

Con mio roſſore ecco che tardi riſpondo alle particolarità della lettera di Voſtra Signoria in data delli 13 del meſe di Giugno, ma riconoſca ella per cauſe di tale

[5]) Iſmaelis Bullialdi, Pro Eccleſiis Lvſitanicis ad Clerum Gallicanum Libelli dvo. Acceſſit ejuſdem ad Ampliss. Virum Nicolavm Rigaltivm in ſuprema Meterni curia Senatorem Diſſertatio de Populis Fundis. Argyropoli, Sumt. Jo. Joach. Bockenhoferi. Anno Salvtis CIↃIↃCLVI. in-8°.

[6]) Voir la Lettre précédente N°. 621[a], et spécialement le post-scriptum.

[7]) Louis XIV.

indugio e la mia malattia, e l'haver voluto mettere insieme alcune cose prima di rispondere per inviare a Vostra Signoria e per sodisfare alle promesse che haveua fatte. Sarà dunque annesso a questa il disegno [1]) del principio dell' oriuolo regolato dal pendolo che inventò il nostro: per sempre ammirabile Signor Galileo. Lo inuio delineato con quella rozzezza, con la quale è fabricato il modello del medesimo, che nella mia camera ora mi trouo. Potra pertanto Vostra Signoria mandarlo al Virtuosissimo Signore Cristiano Hugenio che desideraua di uederlo; e forse di quest' altra settimana inuierò a lei la istoria [2]), dirò cosi, del ritrovamento del pendolo, che spero dourà riuscir curiosa a Vostra Signoria. Farò fare ancora un disegno [3]) di come si è accomodato da noi il pendolo à nostri Oriuuoli, et in particolare ad uno assai grande che mostra l'Ore, e suona nella piazza del nostro Palazzo doue abitiamo, e glie lo inviero.

Deve ancora Vostra Signoria sapere che non credendo la Maiesta del Re di Pollonia [4]) (al servizio del quale si ritrova Paolo del Buono [5]), noto a Vostra Signoria) che il Serenissimo Gran Duca, mio Signore et fratello haveſſe appresso di se tale invenzione; a persuasione del medesimo Paolo le hà inuiato un Oriuolo con il pendolo fabbricato in Olanda, e uoglio credere che sia secondo l'istruzione del Signore Cristiano. Et sappia Vostra Signoria che tanto questo, quanto quel grande fabbricato sù la piazza, e l'altro fabbricato da uno de Generini [6]) alcuni anni sono, e tutti con qualche diversita, uanno perfettamente et in consequenza unitamente a segno che nello spazio di otto giorni appena vi si riconosce la differenza di due, ò tre minuti primi di ora. Per sodisfare all' altra promessa di quanto era souuenuto ad un nostro virtuoso intorno all' effetto dell' argento vivo in quello strumento, del quale tante volte si è discorso, le invio un piego, et una lettera del medesimo che si domanda il Signor Carlo Rinaldini [7]) Gentilhomo Anconitano Lettore di filosofia nel nostro studio di Pisa. Nella lettura della scrittura che egli le inuia, Vostra Signoria potra farui quelle reflessioni che alla sua prudenza, e dottrina parranno più proprie et io uolentieri ne staro attendendo il suo parere.

---

[1]) Ce dessin est représenté dans la planche vis-à-vis de la page 8.
[2]) Voir l'Appendice N°. 673*b*.
[3]) Ce dessin est représenté dans la planche vis-à-vis de la page 14.
[4]) Johann Casimir II. Voir la Lettre N°. 448, note 5.
[5]) Sur Paolo del Buono voir la Lettre N°. 697, note 6.
[6]) Francesco Generini mourut à Florence en 1663. Il était sculpteur, mécanicien, géomètre et ingénieur à Florence. Il avait publié:

Disegno del globo andante di Francesco Generini scultore fiorentino, formato da lui per mostrare il moto diurno lunare ed annuo con l'inegualità dei giorni e delle ore naturali e artificiali, &c. con l'aggiunta di un discorso che dichiara l'intendimento dell' autore intorno a questa sua invenzione, e dà conto di molte altre operazioni che fa questo globo. Firenze. 1645. in-4°.

[7]) Sur Carlo Renaldini voir la Lettre N°. 723, note 5.

Quando mi comparira il trattato dei maſſimi, e minimi, che mi deve inviare il Signor Abbate Bonſi, lo terrò appreſſo di me, ne lo laſcero copiare, per ſodiſfare al deſiderio di quel ſignore che con tanta prontezza ſi è compiaciuto che poſſa venire in mie mani.

Diſpiacemi ſopra modo la indiſpoſizione del Signor Dettonvilla[8]) et auguro al medeſimo quell' augumento di ſalute che hà portato a me il medeſimo medicamento del latte preſo più volte con notabile giovamento della mia compleſſione. Cerchi ancora Voſtra Signoria di conſervarſi e quando ſouuenga a lei, ò ſappia che ad altri ſia ſouuenuta alcuna eſperienza, ò ſpeculazione curioſa ſi contenti di farmene parte con quella confidenza che fà poter' trattar' meco. Et le auguro dal Cielo ogni contento.

Amorevole di Voſtra Signoria
Il Principe Leopold.

Di firenze 21 agoſto 1659.

Signor Ismael Bullialdo.

N° 673a.

Leopoldo de Medicis à Ism. Boulliau.

9 octobre 1659.

La lettre se trouve à Paris, Bibliothèque Nationale.
Boulliau y répondit par le No. 697.

Signor Ismael

Anneſſi a queſta compariranno, e la ſcrittura [1]) nella quale ſi narra la iſtoria del ritrovamento del pendolo, et inſieme il diſegno [2]) di come ſi è adattato queſto, all' Oriuolo grande della noſtra Piazza. Hò riceuto dal Signore Criſtiano Hugeni un ſuo libretto ſopra le apparenze che fara noi Saturno e veramente è pieno di dottrina nelle materie aſtronomiche, conforme alla fama che ſi hà della virtù di lui. Et per eſſere l'oppinione aſſai peregrina, havero caro di ſentire il parere di loro altri

8) Blaise Pascal. Voir la Lettre N°. 46, note 3.

1) Voir l'Appendice N°. 673b.
2) Ce dessin est représenté dans la planche vis-à-vis de la page 14.

Signori di Parigi ſopra di eſſa. Deſidero che ella moſtri al Signor Diodati [3]) la ſcrittura ſopra il pendolo, come a parzialiſſimo del Signor Galileo, e lo ſaluti caramente per mia parte. Mentre a Voſtra Signoria auguro ogni felicita.

Amorevole di Voſtra Signoria
